


# Impp. Romanorum
# NVMISMATA
## A POMPEIO MAGNO AD HERACLIVM:

QVIBVS insuper additæ sunt inscriptiones quædam veteres, arcus triumphales, & alia ad hanc rem necessaria.

*Summa diligentia & magno labore collecta ab* ADOLPHO OCCONE R. P. AVG. MEDICO, *antiquitatum studioso.*
















1767

ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini, Architypographi Regij.

M. D. LXXIX.



*Si iuuat antiquos nummos ſpectare virorum,*
*Imperij quondam qui tenuere decus:*
*Hoc breue percurras oculis opus, & tibi longa*
*Conſtabit paucis verſibus hiſtoria.*

Ἐνθάδ᾽ ἔγ᾽ ἄρχοντας καὶ καίσαρας ἐνθάδ᾽ ἄνακτας:
εἴργω ὅσους σύμπας πώποτ᾽ ἔθρεψε χρόνος.

# SERENISSIMO
## AC ILLVSTRISSIMO
### SACRI ROM. IMPERII PRINCIPI

*Alberto Comiti Palatino Rheni, vtriusq. Bauariæ Duci, Dom. suo clementißimo;*




ADOLPHVS OCCO *Medicus* S.



NIL SINE PRVDENTI FECIT RATIONE VETVSTAS, inquit Poëta ille doctissimus: quod cũ ceteris rebus omnibus, tum præcipuè in Rom. antiquis nummis diligentissimè obseruatum videmus, Serenissime atque Illustrissime Princeps, Dom. clementissime. Eos etenim si quis paulo diligentiùs intueatur, fieri certè nequit (nisi omnino sit studiorum humanitatis expers) quin maxima vetustatis admiratione delectetur. Nã vt veteres illi Ægyptij per notas suas (quas vocant) Hieroglyphicas, omnia quæ in tota rerum vniuersitate comprehenduntur, designabant atque explicabant: sic Romani, Imperii sui vim, molem & potentiam nummis illis à se signatis, toti orbi & vniuersæ posteritati notam ac testatam esse voluerunt. Nam, vt alios prætercam, quid Pompeius cognomento Magnus, per sua illa antiquitatũ monumenta & numismata (quorum magna pars etiam-

num extat) nisi maiestatem & potentiam suam, tot prouinciis, etiam ætate iuuenili, necdum in Senatũ lectus, subigendis & perdomandis declarare voluit? vt Africa, Hispania, Sicilia, & haud ita multo pòst Asia, Ponto, Media, Colchide, Mesopotamia, Arabia, Palæstina, Syria & aliis, quas singulas commemorare nimis longum foret. Quid inquam, dũ se præfectũ classis & oræ maritimæ ex S. C. iisdem suis nummis, quasi certis quibusdam notis testatur, nisi bellum piraticum breuissimo tẽporis spatio à se confectum, terris à Mæotide ad rubrum vsque mare subactis: ora maritima à prædonibus liberata, & Imperio maris Populo Romano restituto. Quid C. Iulius C. F. C. N. Dictator? qui tot trophæa, tot currus triumphales nummis suis impressit, ad declarandam fortitudinem, vim, & non suam tantùm, sed totius Romani Imperij potentiam: qua breuissimo temporis spatio, tot perdomitis gentibus barbaris, tot prouinciis subactis, vniuersum pænè terrarum orbem in P.R. potestatem redegit. Idipsum in Lepido, M. Antonio, Augusto, & aliis ordine sequentibus reperias, qui tam varia signa nummis suis impresserunt, tam celebres inscriptiones addiderunt, vt & ipsis historiis quasi lumen quoddam addant: cùm pænè affirmare ausim, historias ex nummis potiùs, quàm nummos ex historiis corrigi & emendari posse. Nam vt exemplis id demonstremus, quid opus erat ambiguitate illa apud Historiographos in Pupieno Imp. quorum

rum aliqui Maximum dictum asserunt, alij Pupienum; nonnulli de vtroque ambigunt, & mirificè se torquent, cùm vnum & idem nomen in eundem Imp. coincidat: qui si vel vnicum vidissent Pupieni numisma, (quod rarum certè non est, præsertim æreum) nihil de nomine dubitassent, cùm vtrumque nomen in eius nummis expressum sit, siue prænomen alterum, siue cognomen dici malis, vnius certè & eiusdem constat esse Imperatoris, Pupieni Maximi. Hæc, & id genus alia plura si quis paulo diligẽtiùs obseruauerit, facilè animaduertet Impp. nomina germana, prænomina item & cognomina, ex nummis, certissimis autoribus, esse petenda; quæ historicis quibusdam, præsertim posterioris ætatis, ad hoc vsque tempus vel non satis perpensa fuere, vel prorsus ignota. Nam vt plerosque alios præteream: vnius L. Cornelij Sullæ nomen vt veteribus notum, ita historicis, quod sciam, omnibus, mutata prima vocali Sylla falsò dicitur: cùm expressis notis in omnibus eius nummis Sullam legamus, non Syllam: nec scio quorsum imperitia hæc legendi & scribendi euaserit. Sic Othonum prænomen Saluiorum fuisse constat ex antiquorum monumentis, quos plerique Historici Siluios falsò vocant. Sic Macrinus Imp. Opelius prænomine dictus, non Opilius, vt historici eundem nominant: ita de plerisque aliis. Verùm hæc ἀκρίβειαν quandam sapiunt: quæ vt in omnibus aliis scientiis, ita in historiarum & antiquitatis cognitione omnium maximè & ne-

cessariò obseruatur. Proinde cùm & spectatu iucũdi sint nummi illi veteres, & historiis magnam lucem inferant; ego annis iam circiter XXIIII. ea qua potui diligentia, quoscumque hactenus mihi videre contigit, exactissimè in hunc commentariolum contuli, præteritis magna ex parte omnibus aliis, quorum mihi ipsi videndi copia aut facultas huc vsque fuit denegata. Eorum verò quos ipse vidi, quosque legitimos iudicaui, & commẽtariolo huic inserui, bona pars apud me extat, cum ex hæreditate paterna, tum aliunde petita, magno labore, multa diligentia, sumptibus non paruis. Ac plurimos ab Illustriss. Celsitudine tua, & aliis Illustribus Principibus, nonnullos ab inclyto & generoso D. Marco Fuggero, Dom. & Mæcenate meo summa reuerentia colendo, qui intra paucos annos ingentem illorum thesaurũ collegit: reliquos à splendidæ & mediocris fortunæ hominibus sum mutuatus: ea diligentia congerendis iis adhibita, vt quoscumq. his meis oculis vidi & probaui, eos pro legitimis suæ quemque seriei & ordini annorũ ac temporum tam Orbis, quàm Vrbis conditæ, & ante & post Christũ natũ ratione, quoad eius fieri potuit, obseruata, inserui. Ceteros verò, vel ex aliorum obseruatione congestos, vel graphicè depictos, vel ex autorũ libris excerptos, rariores dũtaxat, suo item loco & ordine, additis scriptorum nominibus diligenter annotaui: vt cuiuis, qui libellũ hunc mediocri euoluerit diligentia, videre erit integrũ. Quem

vt om-

omnibus antiquitatum ſtudioſis magnopere expetitum, bonis item & doctis viris gratiſſimum & acceptiſſimum futurũ auguror: ita illius in publicum edendi (quod antea nunquam apud me erat conſtitutum) autor mihi fuit Sereniſſima tua Celſitudo, Illuſtriſſ. ac Clemẽtiſſ. princeps, quam dignam iudicabã, ſub cuius clariſſimi & ampliſſimi nominis patrocinio nunc tandem prodiret in publicum: primum gratitudinis ergô, cùm mihi pro ſingulari Illuſtriſſ. Celſ. T. humanitate & beneuolentia facultas data ſit contemplandi omnia illa copioſa, rara, ac ſingularia numiſmata, quæ in ſpecioſiſſimo illo theatro, omnium admirandarum rerum copia & abundantia refertum conſpiciuntur (quorum etiam bonam partem in ſeriem quandam redegi) quamplurima ex illis libello huic meo inſerui; ea inquam omnia, quæ & rariſſima mihi videbantur, & numquam antehac vel à me vel ab aliis, quod ſciam, viſa, perſpecta & cognita; pro qua quidem manſuetudine & clementia quantum Illuſtriſſimæ C.T. debeam, ipſe mihi conſcius ſum. Deinde quia mihi certò conſtabat, Illuſtriſſ. Celſ. T. vt in omni ſcientiarum genere, ita in hoc ipſo antiquitatum ſtudio verſatiſſimam eſſe, atque præcipuum huius ſtudij admiratorem, fautorem, & Mæcenatem ſummum ac maximum. Cui rei argumento eſt theſaurus ille antiquitatum, cuius paulò antè memini, ampliſſimus ac rariſſimus: quem vnà cum bibliotheca illa tua, multis iiſdemque pretioſiſſimis

mis libris inſtructiſſima (quales Ægyptiorum Reges olim habuiſſe perhibentur) tanto ære, tam immenſo pretio conquiſita, coloſſis item & ſtatuis multifariis tam marmoreis quàm ęreis; iam aliquot annis hinc inde è diuerſis regionibus, & à viris principibus maximis ſumptibus impetratis, in ampliſſima illa & ſpecioſa domo tua, in eum vſum exſtructa, reconditus; nimirũ vt Illuſtriſſ. Celſ. T. cùm vel tempus fallere, vel oculos paſcere, vel mentem grauiſſimis cogitationibus defatigatam paululum recreare, ingenium acuere, induſtriam ac diligentiam opificum admirari, & (quod maximum eſt) res geſtas principum anteceſſorum animo perpẽdere inſtituit: in hoc tam amplo & ſpecioſo muſeo hæc omnia parata & exprõpta inueniat. Quod idem & M. Tullium Ciceronem feciſſe legimus, qui quotieſcumque in Tuſculano ſuo verſabatur, memor celebris illius ſuæ ſententiæ, NESCIRE quid antequam naſcereris actum ſit: id verò eſt ſemper eſſe puerum, non modò Philoſophiam Latinis litteris illuſtrauit; ſed etiam omnia antiquitatis monumenta pro virili indagauit. Res profectò præclara eſt, veterem noſſe memoriam, ordinem tenere antiquitatis, exemplorumq́ue omnium habere notitiam. Macte igitur Sereniſſ. atq. Illuſtriſſ. Princeps, & in cœpto iſto curriculo feliciter progredere, & (quod Illuſtriſſ. Celſ. T. facturam minimè dubito) antiquitatum ſtudium ſolito fauore, & autoritate, qua polles maxima, proſequere.

Cedet

Cedet id in laudem nominis tui, & gloriam nunquam intermorituram; nam vt Poëta quidam verissimè scripsit:

*Viuitur ingenio, cetera mortis erunt.*

Quod reliquum est, Illustriss. Cels. T. supplex etiam atque etiam oro, vt hunc libellum, mole quidem exiguum, sed qui & longo tempore, & labore non modico mihi constitit, æquo & beneuolo animo accipere dignetur. Id quod eam pro solita sua, ac mihi perspecta & cognita clementia, libenter facturam, certò mihi persuadeo. Neque enim (vt spero) Illustriss. Cels. T. exigui opusculi tenuitatem aspernabitur, sed exemplo potius potentissimorum Regum ac Principum, hoc qualecumque munusculum meæ erga se obseruantiæ ἐνέχυρον & pignus esse patietur, tantisper dum occasio mihi data fuerit, gratum animū & obseruantiam meam erga illam grauiore aliquo opere declarandi. Deus Opt. Max. solus æternis laudibus celebrandus, Sereniss. Cels. T. vires & animi & corporis confirmet, & longa ac tranquilla vitæ spatia largiatur, idemque ineuntem hunc annum, & omnes insequentes, Serenissimæ Celsitudini & Augustissimæ domui tuæ, faustissimum ac felicissimum esse velit.

*Sic te numine sospitet benigno*
*Diuûm maxima cælitum potestas,*
*Sic castam tibi coniugem, domumque*
*Totam, numine sospitet benigno.*

** Sce-

*Sceptrum Boiarici tuæ Palati*
*Aeuum perpetuans in omne genti.*

Valeat & viuat Sereniss. C. T. annos Nestoreos. Augustæ Vindelicorum, Anno reparatæ salutis M. D. LXXIX. Calendis Ianuarij, quo die IESVS CHRISTVS Dei F. octauo postquam ex MARIA virgine natus esset die, circumcisus est: iuxta Legem illam diuinam, quæ tum annis 1913. Abrahamum, eiusque omnem posteritatem, ad sui religiosam obseruantiam obligatos tenebat.

DE.

# DE EDITIONE VETERVM NVMISMATVM D. ADOLPHI OCCONIS AVGVSTANI,

Carmen HIERONYMI WOLPHII OETINGENSIS.

MIRVS *homo fuit ille, rudi qui certa metallo*
*Signa dedit, variis apta ministeriis.*
*Quidquid emas, vendásue, domíue foríſue: ſequeſter*
*Nummus adeſt: ultrò commeat atque citrò.*
*Si nummos habeas: vanit mare, ſidera, tellus.*
*Si careas nummis: ſtultus vbique iaces.*
*Scilicet hinc oritur tanta admiratio nummi:*
*Non ſit in hoc ſtolido maior vt orbe Deus.*
*Omnis auarus hoc idolum quaſi numen adorat:*
*Oblitus ſummi, qui regit aſtra, Dei.*
*Pauperis oblitus: quem morbus & ægra ſenecta;*
*Indiga quem ſoboles, duráque ſæcla premunt.*
*Euclio tot maßis incedit adobrutus auri:*
*Præcipitem vt rectà ſub Phlegethonta trahant.*
*Et meritò. Nam cur gazas contempſit Olympi?*
*Cur non ætheriæ quæſiit arcis opes?*
*Sed valeat quicumque polos, terrena ſecutus,*
*Spreuit, & arbitrio ſtétue cadátue ſuo.*

*Tu felix, Occo, miseris ægrísque benignus*
*Arte simul Medica, munificáque manu:*
*Rara, vetustatis monumenta, numismata promis:*
*Temporis & serie rite locata notas.*
*Per te pauper opes tenui parat ære perennes:*
*Et pariter veteres comparat historias.*
*Atque vtinam certo procederet ordine tempus:*
*Prorsus vt in libro nulla lacuna foret.*
*Sed sua subiiciant alij: hæc exempla sequentes.*
*Vnus homo tantum munus obire nequit.*

# IN AERARIVM HISTORICVM
## D. ADOLPHI OCCONIS,
### NICOLAI REVSNERI LEORINI
### EPIGRAMMA.

*AERA Ducum, Romæ qui ſceptra tulêre ſuperbæ,*
*Cuncta equidem triplici ſparſa ſub orbe reor.*
*Aera Ducũ tamẽ haudquaquã amplius vlla ſuperſunt:*
*Quorum vix reliqua eſt nominis vmbra leuis.*
*Scinduntur lapides, gemmæ franguntur & aurum:*
*Depereunt æuo marmora, & æra Ducum.*
*Aetas cuncta vorat, non exorabilis auro:*
*Et firmum toto perſtat in orbe nihil.*
*Sola manet virtus nullo delebilis æuo:*
*Mentis & ingenÿ gloria ſola manet.*
*Aera Ducum varius ſic inſignita triumphis*
*Ingenio viuunt rurſus* ADOLPHE *tuo.*
*Per te luce nitent ea nempe recuſa ſerena:*
*Per te nunc pleno ſparſa ſub orbe volant.*
*Aera tuo potius dici, quàm nomine regum*
*Digna, quibus vitam das patriúmque decus.*
*Sic tu concilias decus æui grande perennis*
*Vna opera numis, regibus atque tibi.*
*Hermodotum ſequitor, quiſquis miſer indiget ære:*
*Aera Ducum paret hæc mox ſibi, diues erit.*

# NICODEMI FRISCHLINI
## POETÆ L. COMITIS PALATINI CÆSAREI ELEGIA:
### Ad præstantissimum virum D. ADOLPHVM OCCONEM, Medicum Augustanum.

*NON ita virgineus delectat vultus amantem,*
*Nec sociæ facies est ita grata viro:*
*Nec species Helenæ Paridem sic mouit amœna:*
*Nec sic pulcra suos Lais, Adolphe, procos.*
*Vt tua me rapiunt Regum simulacra priorum,*
*Munera diuitiis vndique parta tuis:*
*Expresso referunt quæ ductas ære figuras:*
*Cæsareos oculos, Cæsareásque manus.*
*Vt vidi, vt stupui, vt me meus abstulit ardor:*
*Nam mihi præsentes rebar adesse Deos.*
*Est aliquid spectare Deos, & adesse putare:*
*Et quasi cum vero numine posse loqui.*
*Quantum ad me, non iam præsenti viuere seclo*
*Me puto: sed prisci temporis esse virum.*
*Nec iam Germanos inter, mea limina cerno:*
*Sed media felix hospes in Vrbe moror.*
*Cæsareos video vultus, velut antè fuerunt:*
*Imperium summi cùm tenuêre throni:*
*Cæsareas video lauros, sacra tempora circum:*
*Signa triumphati quæ caput orbis habet.*
*Cæsareas video trabeas, cinctúsque Gabinos:*
*Indigenas habitus, pacificámque togam.*
*Cæsareos video clypeos, aquilásque volantes:*
*Et monumenta suæ cuique paterna domo.*

*Felix argentum, fuluóque beatius auro:*
*Quod tales ducit nostra sub ora Deos.*
*Nam quæ illis virtus, quàm viuida dextera factis,*
*Quàm prudens animus, consilióque sagax:*
*Audiit, & gelidis vicinus finibus axis,*
*Vltima quem tellus, vltimus orbis habet.*
*Audiit, & si quem tellus Memphitica pascit:*
*Nilus vbi refluo gurgite tingit agros.*
*Ergo quem famæ fulgor, nomenque trahebat*
*Hactenus: hunc etiam corpora picta trahant:*
*Et cui non licuit coràm viuam ora tueri,*
*Quos dedit ars, vultus effigiesque colat:*
*Dúmque videt parua pictos in imagine vultus:*
*Sit simul humanæ sortis vbique memor.*
*Omnia sunt hominum pallenti obnoxia morti:*
*Et simili fato Rex populúsque cadunt.*
*Quò pater Augustus? quò cessit Iulius ingens?*
*Quò Nero crudelis? puluis & vmbra sumus.*
*Quis scit an Hesperias Titan priùs intret in vndas:* „
*Quàm rapidæ fias præda cupita neci?* „
*Non genus antiquum, non te facundia diues,* „
*Non armata potest eripuisse manus.* „
*Ibimus huc omnes, quò nos vocat hora supremi* „
*Funeris: ista semel meta terenda venit.* „
*Felices illos, qui recto tramite tendunt:* „
*Et facili scandunt sidera ad alta via.* „
*Nam quisquis Christi sine ductu cæcus abibit:* „
*Hunc Erebi ad tenebras deuius error aget.*
*Qua verò referam te, vir clarissime, laude,*
*O decus, ô æui splendor, Adolphe, tui!*
*Vasa Corinthiacis sunt qui producta caminis,*
*Immensi passim sumtibus æris emant.*

*Tana-*

*Tænarios alij lapides, Pariásque columnas*
*Conquirunt, alij fulua metalla Tagi,*
*Eoas alij gemmas, viridésque smaragdos,*
*Et quæcumque vagus munera mittit Arabs.*
*Tu veterum nobis expressa numismata Regum,*
*Cæsareos vultus effigiésque paras.*
*Nec magno parcis sumptu, magnóque labori,*
*Nec tuus Hippocrates, turba nec ægra, vetat.*
*Multiplices inter curas, tua seria rerum,*
*Hac opera multis vtilis esse cupis.*
*Pro quibus emeritis, quando nil restat amicis*
*Nunc aliud, grates, quas licet, ore damus.*
*Pensabunt alij digna mercede laborem,*
*Qui veterum laudes & pia facta colunt.*
*Vtque sit hæc ætas tibi non bene grata merenti,*
*Est tibi posteritas grata futura tamen.*
*Interea placidam ducas sine labe senectam,*
*Vitaque sit capiti non onerosa tuo.*

IMPP.

# IMPP. ROMANORVM

## NVMISMATA A POMPEIO MAGNO AD HERACLIVM.

### CN. POMPEIVS CN. F. SEX. N. MAGNVS.

*ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,*
*κείνου 'στὶ δοῦλος κἂν ἐλεύθερος μολῇ.*



OMPEIVS Romæ patre Strabone nascitur. cùm iuuenili floreret ætate, extemplò mores & verendi & regij eluxere. Anno ætatis XIII. præturam adeptus, & nondum in Senatũ admissus Imp. appellatus est. Insequente anno à Sulla primùm in Siciliam aduersus Perpernam & Carbonem, mox in Africam aduersus Domitium mittitur, qui profligatis hostibus & occisis, inter Reges iudicat tanquam arbiter. Post reditum ex Africa Magnus à Sulla appellatus est, inde Proconsul in Iberiam aduersus Sertorium mittitur. Is tribus fulsit triumphis: Belli Sertoriani, Mithridatici, & Pontici. Meminit Vopiscus in Probo.

Orbis 3882. V. C. 672. Ante Christum 80.

VIX pubescens & ob ætatem nondum in Senatũ admissus, de Hiarba Mauritaniæ Rege triumphat. Huius triumphi nullum, quod sciam, exstat numisma. Eo anno Magni cognomen à Sulla adeptus est. Plutarch in Pompeio. Vt ergo Sulla venientem Pompeium aspexit, militésque incredibili astare robore, & ob pugnas strenuè gestas elatos, hilarésque esse. ex quo exiliens, & Imp. de more appellatus; Pompeium & ipse Imperatorem contrà salutauit: quod præter omnium spem fuit, vt viro iuueni, necdum in Senatum admisso, id nomen Sulla communicaret, pro quo cum Scipionibus Mariisque certauerat. Idem. Profectus ergo Sulla Pompeio obuiam, quàm lætissimo dexteram iunxit, eúmque ingenti voce Magnum salutauit, iussitque omnibus qui tum aderant, vt similiter Magnum eum appellarent.

Orbis 3892. V. C. 682. A. C. 70.

*Procos. II. nec dum in Senatum admissus, triumphat ex Hispania.*

*Aur.* MAG. PROCOS. *Prora nauis.*
*Arg.* CN. PISO PROQ. NVMA. *Caput Numa.*

*Arg.* MAGN. PROCOS. *Delphin & Aquila.*

VARRO PROQ. *Termini barbati simulachrum more Africano, vt quidam volunt.*

*M. Terentius Varro Pompeij in Hispania legatus, & sub eodem Prætor fuit, qui præter reliqua à se strenuè gesta, & interuallum maris inter Apolloniam & Hydruntum pedestri continuauit transitu pontibus iunctis. quod cùm Pyrrhus primùm Epirotarum Rex excogitasset, idem Varro cùm Pompeij classi bello Piratico præesset, absoluit. Vide Appianum in Mithridatico. Dionem li. 41. Plinium li. 3. cap. 11. Florum li. 3.*

Orbis 3893. V. C. 683. A. C. 69.

Pompeius Cos. *Arg.* CN. MAGNVS. IMP. *Victoria de prœlio nauali. Seu Pompeij imago porrigentis dextera ramum palmæ figuræ assistenti, sinistra duas hastas cum pelta tenenti.*

M. POBLI. LEG. PROPR. *Palladis caput.*

*De hoc Poblicio vide Florum li. III. & Appianum in Mithridatico, vbi Plocius errore librariorum appellatur.*

Orbis 3896. V. C. 686. A. C. 66.

Bello Piratico. *Arg.* MAGNVS IMP. ITER. *Caput Neptuni cum tridente.*

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX SC. *Trophæum nauale.*

*Plutarchus in Pompeio:*

*Sabinus vir Pompeio beneuolus, rogationem tulit, qua non naualis princeps creatus est, sed Imperator, potestate amplissima in homines vniuersos, omni prouocatione libera, iuxta eam legem maria omnia Gaditanum vsque fretum in prouinciam illi cessere, præterea quicquid continentis, quod à litoribus quingentis abesset stadiis, quod spatium perpauca Romani Imperij loca exsuperabant.*

*Arg.* MAG. PIVS IMP. ITER. *Columna cum suprapposito Neptuno reduce sinistro pede nauis rostrum calcante, infra quem triremis, fuscina & aquila legionaria.*

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. *Monstrum marinum, siue Scyllæ typus, quæ*

*Pubetenus mulier, succincta latrantibus infra*
*Monstrorum catulis Scylla biformis erat.*
*& Virgilius,*
*Candida succinctam latrantibus inguina monstris.*
*Idem III. AEn. & Ouid. Metamorph.*

*Arg.* MAG. PIVS IMP. ITER. *Pompeij facies cum lituo.*

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. *Vir nudus, dextro pede rostro nauis insistens, dextra ἄκροστόλιον seu amplustre tenens, fortè Neptunus, aut ipse Pompeius, certè præfecturæ marinæ typus. vtrimque Amphinomus cum fratre, qui parentem vtrumque ex AEtnæ incendio illæsum efferunt. Pietatis typus est, & alludit nummus hic ad nomen Magni Pij. Vide histori in in AEtna Virgil.*

*Eadem inscriptio. Capita Pompeij & Cn. F. cum lituo & tripode.*

*Terris à Maoti ad rubrum mare subactis, cùm oram maritimam à prædonibus liberasset, & Imperium maris populo Rom. restituisset.*

Orbis 3896. V.C. 686. A. C. 66.

*Arg.* NEPTVNI. *Facies Pompeij cum tridente & delphino.*

Q. NASIDIVS. *Nauis prætoria.*

*Nasidij huius meminit Cicero Philipp.7. & Cæsar II. de bello ciuili. L. Nasidius cum classe sedecim nauium à Cn. Pompeio, L. Domitio Massiliensibúsque subsidio missus. fortè error est librariorum, dum pro Q. L. scribunt.*

*Bello Piratico à Pompeio confecto, proximo anno ad bellum Mithridaticum delectus est,* V.C. 687.

*Pompeius Mithridatem vincit.* V. C. 689.

*Syria in prouinciam redacta.* V. C. 690.

*Hierosolyma à Pompeio capta 60. annis ante Christum natum. Orbis 3902.* V. C. 692.

Orbis 3902. V.C. 692. A. C. 60.

*Arg.* CN. MAG. IMP. *Quadrigæ triumphales.*

ROMA. *Caput Romæ, quod plerumque solet esse galeatum.*

*Pompeij triumphus ex Asia, Ponto, Media, Colchide, Mesopotamia, Creta, Cilicia, Paphlagonia, Cappadocia, Phœnicia, Arabia, Palæstina, Syria, Iudæa, Albania, Iberia, Armenia, Piratis. De Regibus Mithridate & Tigrane per biduum prid. Cal. Octob. Et quod nemini Romanorum hactenus obtigit, trium vniuersi orbis partium triumphum duxit. Primum ex Africa, alterum ex Europa, tertium ex Asia, anno ætatis nondum 34. aut ad summum 40.*

*Triennio pòst, nimirum* V. C. 695. *Pompeius Iuliam Cæsaris filiam vxorem ducit.* IVLIA *Hanc ex sola Cornelia filiam Iulius sustulerat, quam Seruilio Capioni desponsam Cn. Pomp.* POMPEI. *Magno collocauit. Erat & forma & castitate præcellens, singulari erga maritum amore flagrans, quamobrem à Pompeio vicissim impensius colebatur. Accidit autem vt Pompeius comitialibus ludis sauciorum sanguine respersus vestem domum mutandam mitteret; qua conspecta, adeò consternata est Iulia tum temporis vterum ferens, vt abortum fecerit. Interiecto tempore cùm iterum grauida foret, in puerperio decessit. Pompeio coniugi tumulum in Albano destinante, populus in campum Martium funus extulit, nec multo pòst filiolus quem enixa erat, matris fatum secutus est. Ita gemino communis concordiæ vinculo sublato, dissensio primùm, deinde ciuile bellum inter destinatos discrimini duces exortum est.*

Cos. II.

Orbis 3908. V. C. 698. A. C. 54.

Æ. MAG. *Cnai & Sexti fill. capita auersa, aut Iani potius bifrontis caput spicatum.*
PIVS IMP. *Prora nauis. Vide Sebast. Erizzo fol. 778.*

*Nummus iste à Pompeio percussus ad memoriam prouisionis frumentariæ, tempore annonæ quæ tùm Romæ erat, quando Pompeius à Senatu electus Imp. ad prouidendam rem frumentariam seu annonam. vide Plutarchum in vita Pompeij.*

*De Iano idem Plut. in Numa. Ianus apud vetustissimos illos siue Genius siue Rex fuerit, dicitur ferum & siluestrem cultum in vrbanum ciuilémque mutasse, proindéque ipsum bifrontem fingunt, tanquam alteram ex altera, & formam & dispositionem reddiderit.*

Cos. III. sine conlega solus.

Orbis 3911. V. C. 701. A. C. 51.

*Arg.* CN. MAGNVS IMP.
M. MINAT. SABIN. PROQ.

Bellum ciuile cum Cæsare.

Orbis 3914. V. C. 704. A. C. 48.

*Sequente anno ex* A. D. 13. *Cal. Sextil.* Pompeius *à Cæsare ad Pharsalum victus, ad Ptolemaum AEgypti regem profugiens, eius dolo haud ita multo pòst, nimirum pridie Cal. Octobris, interfectus est. Anno ætatis 58. qui plura bella gessit quàm alij legerunt. Cicero pro lege Manilia.*

Res à Pompeio gestæ Plin. li. VII. sic describuntur.

*Roma in templo Mineruæ.*

*Cn. Pomp. Magnus Imp. bello* XXX. *annorum confecto, fusis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis, hominum vicies semel centenis* LXXXIII. M. *depressis aut captis nauibus* DCCCLXVI. *oppidis, castellis* MDXXXVIII. *in fidem receptis, terris à Maotilacu ad rubrum mare subactis, votum merito Mineruæ.*

*Cùm oram maritimam à prædonibus liberasset, & imperium maris populo Rom. restituisset: ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythia, Iudæis, Albanis, Iberis, Insula Creta, Bastarnis, & super hæc de regibus Mithridate & Tigrane triumphauit.*

In antiqua tabula agri Romani.

*Meminit Gabriel Simeonius Florentinus fol. 53. Vide obseruationes antiquas fol. 51.*

POMPEIVS SICILIA RECVPERATA, AFRICA TOTA SVBACTA, MAGNI NOMINE INDE CAPTO, AD SOLIS OCCASVS TRANSGRESSVS EXACTIS IN PYRENEO TROPHEIS, OPPID. DCCC. LXXXVI. AB ALPIBVS AD FINES HISPANIÆ REDACTIS, SERTORIVM DOMVIT, BELLO CIVILI EXTINCTO ITERVM TRIVMPHALES CVRRVS EQVES ROMANVS INDVXIT, DEINDE AD TOTA MARIA ET SOLIS ORTVS MISSVS, NON SEIPSVM TANTVM, SED PATRIAM CORONAVIT.

*Martialis.*

*Pompeios iuuenes Asia atque Europa, sed ipsum*
*Terra tenet Libyes, si tamen vlla tenet.*

*Duo.*

# C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR.

Δύο ἐσὶ τὰ δυναςείαν παρασκευάζοντα τε καὶ σώζοντα,
Καὶ αὔξοντα, στρατιῶται καὶ χρήματα τῶν πόροι.

NASCITVR Romæ C. Mario VI. & L. Valerio Flacco Coss. patre C. Cæsare, matre Aurelia, anno orbis 3863. V. C. 653. A. C. 99. Integram ipsius historiam vide apud Suetonium & Goltzium in Iulio.

Orbis 3904. V. C. 694. A. C. 58. Iulius Cos.

*Arg.* C. CAESAR C. F. *Trophæum cum aratro & figura captiua.*
L. BVCA.
IMP. ITER. *Caput Veneris.* *De simulachru Veneris variis cognominibus insignitis, vide AEneam Vicum in Cæsare, fol.* 30.

Orbis 3914. V. C. 704. A. C. 48. Bello ciuili.

*Aur.* C. CAESAR DICTATOR. *Effigies Iulij cum lituo.*
*Arg.* L. LIVINEIVS REGVLVS. *Taurus siue bos cornupeta.*

Orbis 3915. V. C. 705. A. C. 47. Cos. II. Dictator II.

C. CAESAR IMP. COS. ITER.
A. ALLIENVS PRO COS. *Figura nuda, dextra tenens Trinacriæ seu Siciliæ typum tria crura, dextro crure insistens proræ nauis.*

*Hic Allienus Siciliæ proconsulatum obtinebat, quo tempore Cæsar Cos. iterum in Africam traiecit. Dion li.* 42. *Cæsar De bello ciuili li.* 2. *Allieno prætori qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcepit, & de reliquo exercitu celeriter imponendo.*

CAESAR DIC.
M. ANTON. IMP. R. P. C. *Effigies Antonij cum lituo.*

*Lituum proprium auguratus signum fuisse Cicero* 1. *&* 2. *De diuinatione. Liuius li.* 1. *Gellius lib.* 5. *cap.* 8. *testantur. Fuit autem M. Antonius Tr. pl. primùm, mox Augur sub Iulio Dictatore. Plutarchus in Antonio.*

*Discordia in ciuitate exorta, cùm optimates Pompeio inhærerent, populus Cæsarem cum exercitu aduocaret, C. Curio Antonij amicus ex mutatione Cæsari fauens potentia quam dicendo compararat, magnis præterea largitionibus quas Cæsar subministrabat, Tribunum plebis creauit Antonium. pòst etiam inter Augures cooptauit. Is autem simul atq. magistratum iniit, non parum iuuit Cæsaris partes. Idem, postea. Cùm Antonius in Vrbe remansisset, essetque augur, in locum prioris Cæsaris iunioris gratia constitutus.*

*Deuicto ad Pharsalum hoc anno Pompeio, Cæsar Tr. pot. cum annua Dictatura in perpetuum accepit.*

Dictator iterum & III. Cos. III.

Orbis 3917. V. C. 707. A. C. 45.

*Arg.* DICT. ITER. COS. TERT. *Veneris aut Clementiæ caput.*

AVGVR PONT. MAX. *Vasa pontificalia, capeduncula, aspergillum, guttus, lituus. Gutto oleo instillando; simpullo (quod alij simpulum, Iuuenalis simpullum vocat: Simpullum videre Numæ, nigrumq; catinum.) vino libando veteres vtebantur in sacrificiis, aspergillo aqua pura se lustrabant. Virgil. 6. AEneid. Est autem Cæsar Pontifex Max. factus admodum iuuenis, repulso etiam Metello viro clarissimo. In Augurum quoque collegio fuisse ostendit Cicero li. epist. 13. epist. 68. & Philipp. 2. Dion li. 42.*

*Aur.* C. CAESAR COS. TERT. *Caput Iulij velatum.*

A. HIRTIVS PR. *Lituus, vrceolus, & securis.*

*Æ.* CAESAR DICT. TERT. *Victoriæ caput alatum.*

C. CLOVI PRAEF. *Figura galeata dextra spolia, sinistra clypeus, cum serpente.*

Orbis 3917. V. C. 707. A. C. 45.

*Aur.* C. CAESAR DIC. TER. *Caput Victoriæ.*

L. PLANC. PRAEF. VRB. *Vasculum quoddam oblongum exileq.*

*Arg.* CAESAR P. M. DIC. TER. *Caput Iulij velatum cum lituo.*

M. LEPIDVS IMPER. *Effigies Lepidi barbata.*

*Arg.* CAESAR IMPER. *Lituus & capeduncula.*

P. SEPVLLIVS MACER. *Fig. stolata stans, dextra victoriolam tenens, sinistra hastam puram.*

M. METTIVS. *Figura stans, iuxta pedes habens globum, sinistro cubito innititur clypeo. sinistra tenens hastam, dextra victoriolam, nota* B, *alius* H, *alius* I.

*Arg.* CAESAR IM. P. M. *Caput Cæsaris laureatum.*

L. AEMILIVS BVCA. *Figura stolata stans, dextra victoriolam, sinistra hastam puram.*

De Gallis & Germanis triūph.

CAESAR. *Trophæum de barbaris cum duobus captiuis.*

*Caput Veneris cum Cupidine à tergo.*

*Caput Veneris cum lituo.*

*Idemcaput hac nota* IIT.

CAE-

CAESAR. *Aliud trophaum de barbaris, diuersum à superiore.*
*Idem caput vt nummo superiore.*

CAESAR. *Barbarus hirto capillitio, sedens sub trophao manibus reuinctis.*
*Caput dea Clementia hac nota* IIT.

CAESAR. *AEneas gestans Anchisem patrem, & Palladium. de quo vide Dionys. Halicarnass. li.* 1.
*Caput Veneris aut Clementia.*

*De AEnea gestante Anchisem ex incendio Troiano vide Virgil. 2. AEneid.*

*Tu genitor cape sacra manu patriósque Penates:*
*Me bello è tanto digressum & cade recenti*
*Attrectare nefas, donec me flumine viuo*
*Abluero, &c.*

CAESAR. *Elephas.*
*Signa pontificalia.*

*Elephas consecrationis typus seu symbolum est. Sueten. in Claudio. Anguis seu draco hoc loco in hoc nummo Elephanto subiectus est; qui, auctore Plutarcho in Cleomene, heroibus sacer est, (nam è tumulo heroum prodijsse fertur,) vnde quidam arbitrantur Diuo Iulio Casari consecrato, & in Deos relato, tributa hac esse ab Augusto, qui in patris demortui honorem, hunc nummum percußisse putatur. Vide Carolum Sigonium in lib. Emendationum.*

Orbis 3917. V. C. 707. A. C. 45. — De AEgypto & rege Ptolemæo triumphus

*Aur.* *Facies Iulij laureata cum lituo.*
AEGYPTO CAPTA. *Crocodilus.*

*Arg.* DIVVS IVLIVS. *Caput Iulij laureatum.*
AEGYPTO CAPTA. *Crocodilus.*
S. P. Q. R. *Elephas. Quia spectaculum Elephantorum in arena exhibuit. Plin. li. 8. cap. 7. Casar Dictator simile spectaculum (nimirum Elephantorum) editurus, Euripo arenam circumdedit.*

*Arg.* CAESAR IMP. IIII. *Quadriga triumphales.* — De Asia & Pharnace Ponti rege.
L. AEMILIVS BVCA. DIC. III. *Figura stans cum securi & signo militari.*

Orbis 3917. V. C. 707. A. C. 45. — Ex Africa & Iuba rege triumphus.

*Arg.* DIVI IVLI. *Iulij laureati effigies cum lituo.*
Q. VOCONIVS VITVLVS. *Vitulus.*

Æ. S C.

Æ. S.C. *Quadriga Elephantorum. Nummus hic à Cæsare percussus videtur deuicto Iuba & Scipione, cùm ludos illos celeberrimos faceret ob hanc victoriam, vt Plutarchus in Cæsare, & Dion li. 43. quos anno insequente repetiuit, vt ex 3. Ouidij Fastorum constat. Confecto enim bello Pontico, reuersus Romam, iterum Cos. & Dictator in Africam expeditionem fecit; eáque sub potestatem redacta, Romam venit, aduecto magno numero frumenti, & ludos hosce fecit: ob quam rem inter ceteros honores Dictatura in decennium honoratus est à* S.P.Q.R. *Fuit autem hoc ipso anno Cos.* III. *cum M. Lepido, eodémque anno Dictator iterum, vt hic nummus apertè, & tabulæ Capitol. cum Eutropio testantur. Obseruandum hoc loco, quòd vbicumq. est* S.C. *in sequentibus nummis expressum, omnia illa numismata esse ærea, etiamsi hæc nota* Æ *non sit adscripta, paucis quibusdam demptis aureis & argenteis, qui suas habebunt notas Aur. & Arg.*

VENERI VICTRICI VOTA. *Templum sex columnarum, in medio Venus, dextra icunculam tenens, ex libris Alb. principis.*

*Arg.* *Caput Pietatis cum ciconia, sine alia inscriptione.*
IMPER. *Lituus & vrceolus ministratorius, in corona laurea.*

*Hoc anno Africa recepta, Scipione & Iuba Rege debellatis, C. Iulius* C. F. C. N. *Cæsar Dictator in decennium & præfectus moribus, censoria potestate in triennium creatus est.*

Cos. IIII. Dictator IIII. sine conlega Dictaturæ honore cōtetus, Cos. abdicauit.

Orbis 3918. V. C. 708. A. C. 44.

*Aur.* CAESAR IMP. QVART. *Iulij laureati effigies cum lituo.*
AVGVR. PONT. MAX. COS. QVART. DIC. QVART. *in medio nummo.*

*Arg.* CAESAR. *Trophæum & corona ciuica.*
*Imago Pietatis aut Clementiæ cum simpullo & Lis notis* IIT.

CAESAR DICT. QVART. *Iulij caput laureatum.*
IOV. OPT. MAX. SACR. *Taurus stans coram ara accensa cum secespita. Hic nummus est in lib. depicto Alb. principis.*

*Aur.* C. CAESAR PARENS PATRIAE EX S.C. *Templum.*
L. BVCA. CLEMENTIA. *Caput Deæ Clementiæ.*

CAESAR

Arg. CAESAR PARENS PATRIAE. *Caput tutulatũ cũ lituo & Albogalero.*
C. COSSVTIVS MARIDIANVS AAAFF.

*Dion auctor est* III *viros monetales ante & circa Augusti tempora fuisse constitutos: quod & ex illo & aliis Augusti nummis constat. nam & Cicero meminit ad Trebatium lib. 7. epist. famil. epist. 13. Treuiros viles censeo, audio capitales esse; mallem auro, argento, are essent. sed aliàs iocabimur. In ambiguo ponit Treuirorum nomen, qui Galliae populi capitales & bellicosi sunt. deinde etiam quòd* III *viri monetales Romae essent, mallem, inquit,* III *viri* AAA. *essent; videlicet pecuniosi quàm bellicosi, vt Caesare eos vincente, tu ditesceres. vide scholia Pauli Manutij, & P. Bembi epistolam ad Bernardinum Sandrum.*

*Hoc anno victo ad Mundam S. Pompeio, Hispania recepta, ob omnia bella ciuilia confecta, & singularem in ciues clementiam, Liberator, Parens patriae, & Dictator perpetuus appellatus est, & Imp. praenomen accepit.* ἰσθὶς καὶ ἀτυχ.@.

Orbis 3919. V. C. 709. A. C. 43. Cos. V. Imp. VI. Dictator perpetuus.

Arg. CAESAR AVGVR IMP. SEXT. COS. QVINT. *Caes. imago.* PONT. MAX. DICT. PERP. *Sella curulis cum coronis, fascibus seu securibus duabus.*

Arg. CLEMENTIAE CAESARIS. *Templum.*
P. SEPVLLIVS MACER. *Duo equi decurrentes cum sessore & palma à tergo.*

Arg. CAES. DICT. PERPETVO. *Imago Caesaris capite velato, alij laureato.*
P. SEPVLLIVS MACER. *Figura stolata stans, sinistra hastile & scutum tenens, dextra victoriolam alatam.*

VALENTIA. *Duo cornuacopia cum instrumento militari.*
*Plutarchus in Caesare: Hoc vltimum (nempe Africanum) à Caesare gestum est bellum, de quo cùm triumphum ageret, dolore permaximo Romanum affixit pop. in eius tamen fortunam proni ciues cùm accepto iam freno aliquam intestinis malis respirationem ex vnius principatu adhiberi posse crederent, eum perpetuò* DICTATOREM *designauere: ea verò confessa erat dominatio, cùm perpetuitatem ipsa regni vindicasset impunitas atque licentia.*

L. BVCA. *Caduceus, securis, fasces, dextera iuncta, globus.*
*Alius. Figura insidens subsellio, dextra victoriolam, sinistra hastam puram per transuersum.*

*Arg.* *Caput Iulij laureatum sine inscriptione.*

L. FLAMINIVS IIIIVIR. *Figura muliebris, dextera caduceum, sinistra hastam puram.*

Orbis 3919. V. C. 709. A. C. 43.

*Arg.* L. BVCA. *Caput Veneris Genitricis.*

*Anchisem circa Idam montem Venus congressura accedit.*

*Arg.* S. C. *Caesaris laureati effigies.*

TI. SEMPRONIVS GRACCVS Q. DESIG. *Signum cohortis siue vexillum, aquila legionaria, aratrum, decempeda.*

*Arg.* *Caput Iulij laureatum, sine inscriptione.*

L. MVSSIDIVS LONGVS, *Temo, globus, cornucopiae, caduceus, & albogalerus.*

*Arg.* CONCORDIA. *Caput Concordiae velatum.*

L. MVSSIDIVS LONGVS CLOACIN. *Duae figurae stantes in substructione rotunda, sortes ex vrnis educentes.*

*Eadem inscriptio. Duae dexterae iunctae cum caduceo.*

*Arg.* *Caput Victoriae alatum cum serto in capite; sine inscriptione.*

L. MVSSIDIVS LONGVS. *Biga aurigante Victoria.*

Æ. DIVOS IVLIVS. *Caput Iulij.*

CAESAR DIVI F. *Caput Augusti.*

*Hoc anno Idibus Martij Caesar à Bruto, Cassio, & coniuratis in Curia Pompeij 23. vulneribus conficitur. AEtatis anno 56.*

M. AI-

# M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS.

Τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ταῖς εὐκαιρίαις
μᾶλλον ἢ τῇ ῥώμῃ κατορθοῦται.

Post diuersa bella inter se gesta, M. Antonium nimirum, Lepidum & Augustum, Lepido in triumuiratu cessit Iberia & Libya: decretúmq. est Lepidū in futurum Consulatum gerere, & ob ingruentes necessitates in Vrbe moram agere, primus proscripsit P. Lepidum fratrem. Ei cùm per diuisionē Imperij Africa permissa esset, Cæsar ob negligētiam & insolentiam priuatum Imperatoris loco, relicto ei tantùm Pontificatu maximo, Romam misit, vbi ille qui Imperium tenuerat, ex triumuiris quondam vnus ingloriam vitam egit.

Orbis 3916. V. C. 706. A. C. 46.

Lepidi ex Hispania citeriore triumphus

*Arg.* M. AIMIL. M. F. Q. N. PROPR. *Quadriga triumph.*
LEPIDVS. *Caput Romæ cum nota denarij X.*

Orbis 3917. V. C. 707. A. C. 45.

*Arg.* M. LEPIDVS AIMILIA REF. S C. *Via Aemilia.*
*Caput Veneris aut Clementiæ velatum.*
M. AIMILI. M. F. Q. N. LEPIDVS PRAEF. VRB. *Clypeus.*
ROMA. *Caput Romæ.*

Orbis 3918. V. C. 708. A. C. 44.

*Arg.* M. LEPIDVS IMPER. *Lepidi facies.*
S C. *Imp. Lepidus eques habitu pacificatoris.*

Orbis 3920. V. C. 710. A. C. 42.

*Aur.* M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. *Lepidi facies.*
*Arg.* L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. *Duæ dexteræ iunctæ cum caduceo in medio. Goltzius in Augusto 85.*
L. REGVLVS IIIIVIR A. P. F. *Figura stolata stans, dextra victoriolam, sinistra hastam per transuersum.*

M. LEPID. IMP. ITER. PRO COS. *Quadrigæ triumphales.*
IIIVIR. R. P. C. *Victoria alata, dextra coronam, sinistra palmam.*

Cos. II. bello Philippensi cū Bruto & Cassio coniuratis.

Orbis 3921. V. C. 711. A. C. 41.

*Arg.* LEPIDVS IMP. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C.
EX S. C. *Tria signa militaria.*

*Aur.* M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. COS. ITER.
C. VIBIVS VARVS. *Figura stolata, stans, dextra victoriolam, sinistra cornucopiæ.*

Orbis 3922. V. C. 712. A. C. 40.

*Arg.* M. LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. IIIVIR R.P.C.
SALVS PROVINCIARVM AFRICAE. S.C. *Figura equestris habitu Pacificatoris.*

Orbis 3924. V. C. 714. A. C. 38.

*Arg.* M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. *Signa pontificalia.*
*Lepidi imago sine inscriptione.*

Orbis 3925. V. C. 715. A. C. 37.

*Arg.* M. LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. IIIVIR R.P.C.
*Lepidi facies cum vrceolo.*
EX S. C. *Tripus cum lituo & simpullo.*

*Arg.* LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. *Lepidi facies.*
C. CAESAR IMP. IIIVIR R.P.C. *Augusti facies.*

Orbis 3926. V. C. 716. A. C. 36.

Bello Siculo cum S. Pompeio.

*Arg.* LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR ITER. R.P.C. *Idem cũ superiore.*
P. SEPVLLI MACER. *Tripus & duæ secures.*

*Arg.* *Lepidi imago cum lituo & vrceolo, sine inscriptione.*
P. SEPVLLIVS MACER. *Duo equi decurrentes, à tergo laurea siue sertum.* *Vide Goltzium in Lepido fol. 29. nummo 8.*

*Anno insequente Lepidus à collega Augusto coactus abdicauit.*

M. AN-

# M. ANTONIVS M. F. M. N.
## IIIVIR R. P. C.

*ἄχθομαι ἐγὼ, ὅγε τηλικοῦτος ὢν στρατηγὸς,*
*ἀνδρείᾳ γυναικὸς ἡττηθείς.*

M. Antonio Galliæ cessere in triumuiratu, in quo L. Antoniũ patruum suum proscribit. Ciceronis caput abscissum pro rostris collocari iussit. Diuisione prouinciarum & exercitus cum Augusto facta, in Macedoniam contendens vincit Cassium & Brutum; inde in Græciam cũ magno exercitu profectus, pòst in Asiam; vbi amore Cleopatræ captus, voluptatibus indulsit. paulo pòst L. fratre & Fuluia vxore primùm inter se dissidentibus, deinde cum Cæsare pugnantibus, amissis rebus, Italia pulsis, ad eandem ducentis nauibus contendit. Mortua Fuluia Cæsari reconciliatur, tradito illi Oriente, & Octauia Cæsaris sorore in matrimonium locata, quæ haud ita multo pòst Cæsarem hortata, vt rediret in gratiam cum M. Antonio, quibusdam calumniis contra Cæsarem irritato, & trecentis nauibus in Italiam properanti, id effecit vt fieret. Deinde Sex. Pompeium à Cæsare victum & captum iubet interfici. Armeniam cum exercitu ingressus Parthos vicit. Arthauasdem Armeniorum Regem Alexandriæ in triumphum ducit, ibi Cleopatræ deliciis detentus, Octauiam vxorem eò adnauigantem domo expellit, Romamque redire cogit. Inde in Armeniam profectus de bello ciuili cogitat. Collectis copiis Samum nauigans, Athenas peruenit, secum adducta Cleopatra. Cæsarem in singulare certamen prouocat: tandem ad Actium victus, profligata partimque capta classe, pedestres copiæ vltrò Augusto se dedidere. Antonius cum Cleopatra fuga salutem quæsiuit, vnde in Libyam primùm, deinde Alexandriam peruenit. Cæsar ab Agrippa domum reuocatus, transacta hieme in Ægyptum contendit, exercitum Alexandriam adducit. Antonius Cæsaris equites in fugam vertit. Classis & equitatus vterque reconciliatur, & Cæsari adhæret. Hoc aduertens M. Antonius seipsum interfecit, anno ætatis suæ 50. vt alij 56. Doleo, inquiens, ô Cleopatra, quòd ego ille tantus Imperator fortitudine superatus sim à muliere. Huius viri illud in primis admirabile dicitur, quòd in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissimus fuit; nec ob res malè gestas, quicquam de solita voluptate remisit. Vir fortis & manu promptus; *φύσει παρὰ τὰς κακοπραγίας ἐγίνετο βέλτιστος ἑαυτοῦ, καὶ δυστυχῶν ὁμοιότατος ἦν ἀγαθῷ.* Vide Appianum Alex. De bello ciuili li. 4.

*M. Anton. à quodam vaticinatore admonitus fuisse scribitur: caueret sibi ab Octauiano Cæsare: nam genio ipsius geniũ Cæsaris esse formidolosum.*

Orbis 3918. V. C. 708. A. O. 44.

*Arg.* *Antonij effigies, sine inscriptione.*

M. ANTON. IMP. *Dextera iuncta cum caduceo, fascibus & securi.*

Orbis 3919. V. C. 709. A. C. 43.

*Arg.* M. ANT. IMP. ITER. *Antonij facies cum lituo.*

L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. CLOACIN. *Duo togati in substructione rotunda, siue septis consistentes, sortes ex vrnis educentes. depingitur à Goltzio in M. Antonio fol. 47. & in Fastis fol. 183.*

Bello ciuili Mutinēsi.

Orbis 3920. V. C. 710. A. C. 42.

*Aur.* M. ANT. IMP. IIIVIR R. P. C. *Duo cornuacopiæ, in medio caduceus alatus.*

*Arg.* *Antonij effigies, sine inscriptione.*

M. SILANVS AVG. Q PRO COS. *In medio nummo.*

*M. Silanus Antonium secutus est. Dion li. 46. fol. 195. Antonius aliquandiu metu perculsus quieuit (nimirum ab Hirtio Cos. clade ad Mutinam affectus) sed copiis à Lepido sibi auxilio missis, auctus, animum recollegit. Nam is quidem Lepidus Antonium necessarium suum amabat, à Senatu autem contra eum euocatus erat; itaque vt receptum ad vtramq. partem sibi pararet, M. Silano Tribuno militum exercitum suum ducendum dederat, ita vt expresse ei non mandaret, vtri parti eum adiungeret; neque manifestum fecerat, vtri auxilium id mitteret. sed is Silanus sententiam Lepidi satis exploratam habens, ad Antonium sua sponte sese adiunxerat. Idem paulo pòst fol. 200. Senatores cùm audiuissent Silanum Antonij rebus fauere, Lepidum ac L. Plancum timentes, ne hi quoque se Antonio adiungerent, miserunt ad eos qui dicerent, nihil iam eorum Rempub. opus habere.*

Bello ciuili Philippēsi.

Orbis 3921. V. C. 711. A. C. 41.

*Arg.* ANTONIVS IMP. *Caput Antonij galeatum.*

IIIVIR R. P. C. *Tria signa castrensia seu militaria, & aquila in medio.*

Bello Perusino.

Orbis 3922. V. C. 712. A. C. 40.

*Aur.* M. ANTON. IMP. *Caput Antonij cum lituo.*

IIIVIR R. P. C. *Duo serpentes, in quorum medio basis, cui superstat figura stolata, dextra hastam, sinistra vrceolum. Asiæ typus.*

*Bruto & Cassio bello ciuili Philippensi interfectis, Antonius in Asiam, Cæsar in Italiam cursum conuertit. Dion li. 48. in princip. Idem fol. 228. M. Antonius à pugna Philippensi in Continentem Asiam venit, vbi partim ipse circuiens, partim alios emittens, pecunias ab vrbibus exegit, ac ditiones vendidit. Interim Cleopatra in Cilicia visæ amore captus, nullam deinde honestatis curam gerens, Ægyptiæ mulieri seruiuit; eiúsque amori vacans, Planco in Asia, Saxa in Syria relicto, in AEgyptum profectus est.*

*Arg.* M. ANTONIVS IMP. IIIVIR R. P. C.

PIETAS. COS. *Figura muliebris stans, dextra ignotum quiddam, sinistra cornucop. tenens.*

*L. Antonius causæ societate cum Fuluia contracta, ac si id fratris sui M. causa faceret, (nam Pij quoque cognomen sibi propter suam in fratrem pietatem sumpserat) strenuè eam agebat. Dion li. 48. fol. 222.*

Orbis 3922. V. C. 712. A. C. 40.

*Aur.* M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. A NERVA PROQ. P. *Antonij effigies.*

*Arg.* L. ANTONIVS COS. *Caput L. Antonij caluum.*

*Post Philippense prœlium P. Seruilius & L. Antonius nomen Coss. Consulatum autem hic & Fuluia gesserunt. Ipse L. Antonius de quibusdam Inalpinis Cal. Ianuarij triumphauit. post hunc triumphum Cæsar Romam reuersus, Fuluiæ filiam repudiat, & bellum gerit cum L. Antonio & Fuluia. Dion. Vide Goltzium in Fastis, fol. 188.*

*Aur.* M. ANTON. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C.

*Arg.* L. PLANCVS COS. *Lituus & vrceolus ministratorius, seu guttus.*

L. PLANCVS IMP. ITER. *Fulmen Iouis, guttus & caduceus alatus.*

*L. Munatius Plancus dux exercitus Antonij. Plutarchus in Antonio. Ingressus castra (Lepidi scilicet) rerum omnium potitus, humanissimè Lepidum conuenit, patrémque salutauit. & cùm rei penes eum summa potestas esset, Lepido tamen Imperatoris nomen honorémque seruauit. ea res effecit vt & Plancus, qui & ipse circa ea loca exercitum ductabat, Antonio se coniungeret. Vir fuit consularis, & pratorius, & orator; Ciceronis discipulus, ad quem eius epistolæ exstant. Is dum Galliam comatam regeret, Lugdunum condidit, & Rauricam, quæ nunc Basilea est; vt patet ex inscriptione Caietana, quæ talis est:*

L. MVNATIVS L. F. L. N. L. PRON.<br>
PLANCVS COS. CENS. IMP. ITER.<br>
VIIVIR EPVL. TRIVMPH. EX<br>
RHETIS AEDEM SATVRNI<br>
* F. DE MANVBIIS AGROS — alibi FECIT.<br>
DIVISIT IN ITALIA BENE-<br>
VENTI IN GALLIA COLONIAS<br>
DEDVXIT. LVGDVNVM<br>
ET RAVRICAM.

Orbis 3923. V. C. 713. A. C. 39. — Pacem cũ Augusto fecit.

*Aur.* M. ANTONIVS IIIVIR R. P. C. *Caput Antonij.*

L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. *Mars, vt videtur, galeatus, sinistro crure clypeo innixus, dextra hastam tenens, sinistra flagrum.*

*Arg.* M.

*Arg.* M. ANTON. C. CAESAR. *Duæ dextræ iunctæ cum caduceo.*
IIIVIR R. P. C. *Concordiæ typus.*

*Arg.* M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. M. BARBAT. Q. P. *Antonij effigies.*
CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. *Cæsaris effigies.*
*In hoc nummo legendum M. Barbatus, non Barbatius, & est cognomen Horatiorum.*

*Arg.* ANT. IMP. IIIVIR R. P. C. *Antonij facies cum lituo.*
CN. DOMIT. AHENOBARBVS IMP. *Prora nauis cum stella.*

*Arg.* M. ANT. IMP. IIIVIR R. P. C. *Duplex Cornucop. in medio caduceus & globus.*
*Caput Antonij cum lituo, sine inscriptione.*

Orbis 3924. V. C. 714. A. C. 38.

*Arg.* M. ANTONI. IMP. *Effigies Antonij.*
IIIVIR R. P. C. *Caput Solis radiatum in templo.*

*M. Antonius Dionysium se appellari voluit. Dion li. 48. & 50. Paterculus li. 2. Item Osirim se vocauit, quod Solis vocabulum esse Herodotus testis est, & Diodorus Siculus. Plutarchus in Antonio: Cùm Ephesum ingrederetur Antonius, hedera, thyrsis, psalteriis plena ciuitas, Dionysium, Charidotem, Melichium ipsum vocabant. Idem. Herculem quidem generis auctorem Bacchum ducem vitæ habebat Antonius, & iunior Dionysius vocabatur. Dion li. 48. Antonius in Græcia inter alia quæ contra patrium morem agebat, Bacchum se alterum nominauit, idq. nominis sibi ab aliis tribui voluit. Idem lib. 50. Antonius Osiridem se, id est, Solem & Dionysium, ipsa (Cleopatra) Lunam se & Isidem scribebant ac fingebant, quo magis præstigiis quibusdam ad insaniam ab ea adactus videbatur.*

*Aur.* ANTONIVS IMP. A. XL. *Leo gradiens.*
*Arg.* IIIVIR R. P. C. *Victoria alata.*

*Hic nummus à Lugdunensibus percussus in honorem M. Antonij, vt alij quoque nummi, quorum inscriptio* LVGVDVNI. *Alij aliter interpretantur: Antonium nimirum iunctis Leonibus primum omnium triumphasse; quod tamen ex hoc nummo non constat.*

*Arg.* ANT. IMP. *Præfericulum ante quod pullus auguralis.*
*Tropheum cui sertum imponit Victoria alata.*

Orbis

Orbis 3925. V. C. 715. A. C. 37.

*Aur.* IMP. ANT. AVGVR IIIVIR R. P. C. *Antonij effig.*
IMP. TER. *Mitra seu tiara Parthica cum arcu & sagitta.*

*Arg.* P. VENTIDI. P. F. PRO. COS. *Bigæ triumphales.*
*De hoc Ventidij triumpho vide Dionem.*

*Bigas Lunæ sacras fuisse, Soli quadrigas, Inferis trigas, Ioui seiugas, Lucifero & Hespero desultores, veteres tradiderunt, inter quos Isidorus. sed alia ratio esse potuit istorum curruum triumphalium, vt ex aliis plerisque nummis constat.*

Orbis 3926. V. C. 716. A. C. 36. Cos. designat. II.

*Arg.* IMP. ANTONIVS AVG. IIIVIR ITER. R. P. C.
*Victoria alata, cum serto in dextra & tropheo.*
CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C.

*Arg.* ANTONIVS AVGVR COS. DES. ITER.
IIIVIR R. P. C. IMP. TERTIO. *Tiara Parthica cum arcu & sagittis per transuersum.*

Orbis 3929. V. C. 719. A. C. 33. Cos. II. desig. III. Imp. III.

*Aur.* IMP. ANTON. AVG. COS. ITER. DES. TER. IIIVIR ITER. R. P. C.
*Arg.* IMP. TER. *Trophæum nauale.*

*Arg.* ANT. AVG. IMP. III. COS. DES. III. IIIVIR R. P. C.
*Caput Antonij.*
ANTONIVS AVG. IMP. III.

*Antonius eadem die & iniit Consulatum & deposuit, substituto in locum suum L. Sempronio Atratino. Dion.*

Orbis 3930. V. C. 720. A. C. 32.

*Arg.* M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT.
*Effigies Antonij in corona hedera.*
IIIVIR R. P. C. *Caput muliebre cippo impositum inter duos serpentes, fortasse Cleopatra. Corona ex hedera ad illud Dionis spectat, quod scilicet Bacchum se vocari voluerit.*

C Eadem

*Arg.* *Eadem inscriptio. Facies Antonij & Cleopatræ simul iuncta.*

*Figura insistens cippo, dextra vrceolum, sinistra hastam puram, cum duobus vtrimque serpentibus. Argenteus hic nummus est, solito maior, antiquus tamen & legitimus, vt videtur, sicut & præcedens trium denariorum seu drachmarum pondere. Cuius in Asia fortaßis, aut Ægypto.*

*Arg.* M. ANT. M. F. M. N. AVGVR IMP. TER. *Caput Solis radiatum.*
IIIVIR R. P. C. COS. DESIG. ITER. ET TERT. *Figura stolata & velata stans, dextra tenens lituum forma augurali.*

Orbis 3931. V. C. 721. A. C. 31.

Cos. III. Imp. IIII. *Arg.* IMP. ANT. AVG. IMP. IIII. COS. DES. III. IIIVIR IT. R. P. C.
ALEXANDR. AEGYPT. *Palma pulcherrima corona circumdata.*

*Arg.* ANTONI ARMENIA DEVICTA. *Antonij effigies cũ tiara Armen.*
REGINAE REGVM. FILIORVM REGVM CLEOPATRAE. *Cleopatræ effigies cum prora nauis.*

*Antonius Armeniæ Regem regno contra fidem eiecit, & filio ex Cleopatra idipsum dedit. Dion lib. 49. Paterculus lib. 2. Vide Plutarchum in Antonio, vt Reginam Cleopatram appellauerit; & Dionem lib. 49. Antonius Alexandrinis epulum præbuit, ac in concilio populi Cleopatræ eiúsque liberis propter se sedem dedit: habitáque ad populum quadam oratione, Cleopatram Reginam Regum, Ptolemaum Cæsarionem cognomine (tanquam ex Cæsare natum) Regem Regum appellari iußit, iísque Ægyptum & Cyprum, alia à priore diuisione instituta, addixit.*

Vide Dionem li. 47. fol. 213.

Orbis 3931. V. C. 721. A. C. 31.

*Æ.* IMP. *Antonij facies.*
C. SOSIVS. ZA. *Aquila insistẽs fulmini cum caduceo.*

*Cn. Domitius Ahenobarbus, & C. Sosius Coß. hoc anno facti, M. Antonio quàm maximè fauebant. Sosius à Dione appellatur, Syriæ & Ciliciæ ab Antonio præfectus, qui Antigonum iugulauit, & Herodem regno Iudæorum præfecit.*

*Arg.* M. ANTO. COS. III. IMP. IIII. *Caput Iouis Hammonis.*
ANTONIO AVG. SCARPVS IMP. *Victoria stans, coronam dextra, palmam sinistra gestans. Is est L. Pinarius Scarpus, qui tempore belli Actiaci Africam cum exercitu Antonij nomine obtinebat; sed perfidus in Antonium, fidem cum fortuna mutauit, & missos ad se ab Antonio necauit. Dion lib. 51. Antonius in Africam*

*cam quosdam misit ad Pinarium Scarpum, qui exercitum antè ibi conscriptum ad tuendam AEgyptum habebat.*

*M. Antonius in sequentem annũ Cos. designatus, hostis iudicatus, non iniji: tandem anno* V. C. 722. *ad Actium à Cæsare victus, Alexandriam aufugit, & anno* V. C. 723. *sub Consulatu M. Tullij* M. F. M. N. *Ciceronis seipsum interfecit. Dion lib.* 50.

## SEX. POMP. CN. F. CN. N.

### MAGNVS PIVS.

ἐπιορκεῖν οὐκ ἐμόν.

SEX. POMPEIVS litterarum rudis, sermone barbarus, impetu strenuus, manu promptus, fide patri dissimillimus, animo ad seruitium vsque proiecto, fractoque, vilissimis inseruiebat, libertorum suorum ipse quasi libertus, speciosis inuidens vt pareret humillimis. Augustum & Antonium post Iulium interfectum annos octo variis bellis exercuit; occupauit Siciliam, tenuit mare, rediit in Bithyniam, occupauit Nicæam & Nicomediam: tandem à Titio Antonij duce interemptus.

Orbis 3929. V. C. 719. A. C. 33.

*Arg.* SEX. MAGN. PIVS IMP. SALVS. *Caput Sex. Pompeij.*
PIETAS. *Figura stolata stans, dextra pateram, sinistra hastam.*

*In sequentem annum Cos. designatus erat, antequam iniret hostis iudicatus, & voluntate M. Antonij occisus est, anno ætatis* 40. *in Consulatu Sex. Pompeij* S. F. *qui incidit in annum* V. C. 718. *Dion lib.* 49.

# M. VIPSANIVS L. F. AGRIPPA.

ἔθος ἐστὶ τοῖς κρείττον μαθοῦσι σφῶν
αὐτῶν κρείττονος ἀνέχεσθαι ἐθέλειν.

CÆSAR post Ventidij triumphum in Galliam bellico tumultu inquietam profectus, M. Agrippam cum imperio & exercitu in eandem præmittit. Agrippa victor Aquitanos imperata facere cogit, & pacata Gallia rebusque prosperè gestis Romanorum secundus Rhenum transmisit. Inde bello Siculo cum Sex. Pompeio vniuersæ classi à Cæsare præficitur, qui apud Mylas cum Demochare & Papia Pompeij præfectis congressus, depressis triginta hostium nauibus, & in his ipsius Papiæ prætoria, victor remansit. Mylas & Tyndarida, deiectis Pompeianis, occupauit. Tandem vltimo prœlio nauali ad Naulochos fortiter & strenuè depugnans, Pompeium vicit, depressis 28. nauibus, ceterisq. omnibus aut fractis aut corruptis, hostem profligauit. Confecto bello Siculo, Cæsar in quo præ ceteris fideli & strenua Agrippæ opera vsus fuerat, eundem nouo, & in eum vsque diem inaudito honoris genere, rostrata eáque aurea ob victoriam naualem corona, & vexillo cæruleo donauit. Inde bello Actiaco eius opera denuò vsus, Methone expugnata, deprehensum ibidem Bogudem Mauritaniæ regem occidit. Triumpho Actiaco Cæsarem comitatus, corona rostrata insignis, vexillóque cæruleo, ob naualem victoriam à Cæsare donatus, inter ceteros, equo sublimi vectus, eminebat. Vir moderatus & prudens, quantum rebus bene gestis & gloria belli excellebat, tantum honore & modestia Cæsari cessisse, & illustri in suum Imp. fide, & apud ciues suos meritorum fama contentus fuisse traditur. Augusto honestissima semper suasit, & auctor pænè reddendæ Reip. fuisset, honoribus quoque ab illo collatis, non ad suos quæstus aut voluptates, sed ad ipsius Augusti & populi cōmoditates vsus est. Supremis suis annis conflictatus graui pedum morbo, cùm dolorem perpeti nequiret, vnius medicorum portentosa scientia, demersis in calidum acetum cruribus, morbi quidem impetum euasit, sed pedum sensu postea caruit. Moritur ætatis anno L. aut vt alij LI. in Campania anno V. C. 741. quem Augustus tam sua, quàm Reip. causa grauissimè indoluit, funúsque Romam delatum, ac in foro propositum laudauit, & in suum Mausoleum condidit. Vnus omnium inter sic genitos felix habitus, etsi felicitatem illam multis ærumnis interpellatam scribit Plin. lib. 7. Vide Paterculum, Senecam, Plin. Plutarchum, Suetonium & Dionem.

Bello Siculo cum Sex. Pompeio.

Orbis 3926. V. C. 716. A. C. 36.

Aut. M. AGRIPPA L. F. PRAEF. ORÆ MARIT. ET CLASS.
*Agrippæ caput.*

EX. S. C. *Neptunus, sinistra delphinum, dextra tridentem.*

*Aur.* M. AGRIPPA COS. DESIG. *In medio nummo.*
*Arg.* IMP. CAESAR D. IVLI F. *Imago Cæsaris iuuenilis, & primùm barbescentis.*

*Arg.* AGRIPPA COS. DES.
AVGVSTVS DIVI IVLI.

ΜΑΡΚΟΣ ΑΓΡΙΠΠΑ ΟΥΠΑΤΟΣ. *Caput Agrippæ coronatum.*
ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. *Prora nauis cum tribus figuris.*

Orbis 3934. V. C. 724. A. C. 25. Cos.
*Aur.* M. AGRIPPA PLATORINVS IIIVIR. *Agrippæ effig.*
*Arg.* CAESAR AVGVSTVS. *Effig. Augusti imberbis.*

*Æ.* COL. NEM. *Crocodilus palmæ adpensus cum duabus coronis.*
IMP. DIVI F. P. P. *Duo capita auersa, Agrippæ & Cæsaris.*
*Hic nummus à Nemauso colonia in vtriusque honorem percussus putatur.*

Orbis 3935. V. C. 725. A. C. 27. Cos. II.
*Aur.* M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DES. TER. *Effigies Agrippa cum corona rostrata, & tribus crurib. Siciliæ typo.*
DIVOS IVLIVS DIVI F. *Iulij & Augusti imag. aduersa.*

Orbis 3945, V. C. 735. A. C. 17. Tr. pl. Cos. III. Imp. III.
*Arg.* M. AGRIPPA TRIB. POT. COS. TER. *Agrippæ effig.*
CAESAR AVGVSTVS. *Effig. Cæsaris laureata.*

*Hoc anno Agrippa Tr. pl. ab Imp. Augusto in quinquennium accepit. Tacitus li. 3. Tribuniciam potestatem summi fastigij vocabulum Augustus reperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua, cetera Imperia praemineret. M. deinde Agrippam socium eius potestatis, quo defuncto Tiberium Neronem delegit, ne successor in incerto foret. sic cohiberi prauas aliorum spes rebatur.*

Orbis 3946. V. C. 736. A. C. 16. Tr. p. II. Imp. IIII. Cos. III.
*Aur.* M. AGRIPPA L. F. COS. III. IMP. IIII. *Agrippæ caput.*
IMP. CAESAR AVG. *Cæsaris effigies.*





M. AGRIPPA L. F. COS. III. *Effigies Agrippæ cum corona rostrata.*
S. C. *Pantheon.*
S. C. *Neptunus, cum delphino dextra, tridente sinistra.*
IMP. T. VISP. AVG. REST. S. C. *Idem Neptunus.*
SCIPIONE ET MONTANO IIVIR. C. C. A. *Colonus ante se agens iugum boum seu taurum & vaccam. Coloniæ deductæ symbolum.*

Tr. p. III. Imp. IIII. Col. III. — Æ.

Orbis 3947. V. C. 437. A. C. 15.
M. ΑΓΡΙΠΠΑ ΟΥΠΑΤΟϹ ΤΡΙΤΟΝ. *Agrip. coron.*
ΚΑΙϹΑΡ ϹΕΒΑϹΤΟϹ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟϹ.
*Cæsar iam quasi pubescens.*

Tr. p. VII. Imp. IIII. Col. III.

Orbis 3951. V. C. 741. A. C. 11.
*Aur.* M. AGRIPPA COS. TERT. COSSVS LENTVLVS.
*Effigies Agrippæ cum corona rostrata & murali.*
*Arg.* AVGVSTVS COS. XI. *Imago Augusti laureata.*

*Hoc anno M. Agrippa L. F. moritur.*

AVGV-



# AVGVSTVS.

σπεῦδε βραδέως, ἀσφαλὴς γὰρ ἐστὶν
ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

OCTAVIVS pater in luco Bacchi qui in Thracia erat, oraculum consuluit: quod respondit filium suum dominum Orbis fore, eò quòd infuso super altare mero, tantum flammæ emicuit, vt ad cælum vsque ferretur, quod vni olim Alexandro Magno ostentum ibidem sacrificanti euenit. Natus est Romæ ad capita bubula, vt Sueton. Velitris, vt Dio, M. Tullio Cicerone & C. Antonio Coss. patre Octauio, matre Atia, non Actia, vt passim scribitur, anno Orbis 3900. V. C. 690. A. C. 62. Infans in cunis repositus, aliquando non est repertus, requisitus autem in altissima turri inuentus est, iacens contra Solis exortum. Aquila adhuc puero è manu rapuit panem; mox delapsa reddidit. Adoptatus est à Iulio Cæsare auunculo suo, & ob victorias dictus est Augustus, non à verbo augeo, sed ab auium gestu & gustu. Vide integram ipsius historiam copiosè apud Sueton. & Goltzium in Augusto.

Orbis 3920. V. C. 710. A. C. 42. — Cos. bello Mutinensi Imp. dictus.

*Aur.* CAESAR DIVI F. *Caput Augusti.*

*Arg.* DIVI IVLI. *Caput Iulij laureatum, cum stella crinita seu cometa.*

*Aur.* C. CAESAR DIVI F. IMP. COS. IIIVIR R. P. C. *Caput Augusti.*
SALVS GENERIS HVMANI. *Tres dexteræ iunctæ cum caduceo, fascibus, securi & globo. In triumuiratu signatus nummus ex* A. D. V. *Cal. Decemb.*

*Consulatum vicesimo ætatis anno Augustus inuasit, admotis hostiliter ad Vrbem legionibus. Sueton. Eundem adeò appetitum vt bellum eius adipiscendi causa susceperit, vltrò deponit. Dio* 207. *lib.*47.

Orbis 3921. V. C. 711. A. C. 41. — Bello Philipp. Imp. Cos.

*Aur.* CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Caput galeatum.*
S. C. *Signa militaria.*

*Æ.* VIC. AVG. *Victoria alata, seminuda gradiens, dextra lauream, sinistra palmam per sinistrum humerum protensam.*
COHOR. PRAE. PHIL. *Tria signa militaria.*

*Æ.* COL. IVL. PHIL. *Victoria vt superior, sub cuius pedibus* VIC. AVG.
COHORT. PRAET. PHILIP. *Tria signa militaria, paululum diuersa à superioribus.*

*Æ.* • • • • ILIPENSE. *Piscis.*
*Spica magna.*

*Arg.* CAESAR IIIVIR R. P. C.
CAESAR DIC. PER. *Sella curulis coronata.*

C. CAE-

C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Caput Cæsaris barbatum.*
P. VATINIVS P. F. PROCOS. *Quadrigæ triumphales.*
L. LIVINEIVS REGVLVS. *Victoria seminuda, dextra lauream, sinistra palmam per humerum protensam.*
L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. *Mars nudus galeatus, dextra hastam, sinistra flagrum.*

*Arg.* DIVI IVLI F. *Caput Augusti.*
TI. SEMPRO. GRACC. Q. DESIG. *Signum militare, aquila legionaria, aratrum & decempeda.*
*Huc referri possunt nummi à Goltzio expressi in Augusto fol.* XXVII.

Imp. Cos.

Orbis 3922. V. C. 712. A. C. 40.

*Aur.* CAESAR DIVI F. IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. *Caput Cæsaris.*
SALVS GENERIS HVMANI. *Tres figuræ sacrificantes, & vna humi procumbens, cum caduceo sinistra, cornucopiæ dextra.*

*Arg.* CAESAR DIVI F. IMP. PONT. IIIV. R. P. C. *Aspergillum, securis, albogalerus. Caput Cæsaris iuuenili vultu, & imberbe.*

Perusio capta.

Orbis 3923. V. C. 713. A. C. 39.

*Arg.* C. CAESAR IIIVIR R. P. C. *Caput Cæs. iuuenis.*
BALBVS PROPR. *Claua.*
POPVL. IVSSV. *Figura equestris.*

Pax cum M. Antonio.

*Arg.* CAESAR LEPI. ANTON. IIIVIRI R. P. C. *Dextræ iunctæ cũ caduceo.*
L. MVSSIDI. LONGVS CONCORDIA. *Caput Deæ Concordiæ.*

Imp. Cos.

Orbis 3924. V. C. 714. A. C. 38.

*Aur.* CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. *Caput Cæsaris, capeduncula, aspergillum, guttus, lituus.*

*Aur.* C. CAESAR IIIVIR R. P. C. *Caput Cæsaris.*
*Arg.* Q. SALVIVS IMP. COS. DESIG. *Fulmen duplex.*
CAES. DICT. *Sella curulis coronata.*
*Eodem anno* IIIvirorum *R. P. C. acta, S. P. Q. R. rata esse iussit.*

Orbis

Orbis 3925. V. C. 715. A. C. 37. Imp. Cos.

*Aur.* CAESAR DIVI F. IMP. PONT. IIIVIR R.P.C. *Caes. caput cũ lituo.* DIVVS IVLIVS. *Stella crinita. Sueton. in Iul. & Plinius lib. 2. cap. 25. Goltz. in Augusto fol. 2. nummo 14. & fol. 23. nummo 3.*

*Arg.* C. CAESAR IMP. IIIVIR R.P.C. *Imago Caesaris iuuenilis.* M. LEPIDVS PON. MAX. IIIVIR R.P.C. *Lepidi caput. Goltzius in Augusto nummo 10. fol. 1. & fol. 26. nummo 4.*

Orbis 3926. V. C. 716. A. C. 36. Imp II. Cos. II. Des. III.

*Aur.* IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IMP. TER. COS. ITER. ET TER. DES. IIIVIR ITER. R.P.C. *Quatuor signa pontificalia, capeduncula, aspergillum, vrceolus ministratorius, & lituus. Goltz. fol. 28. num. 8.*

*Arg.* IMP. CAESAR DIVI F. IIIVIR ITER. R.P.C. *Caput Caesaris.* COS. ITER. ET TER. DESIG. *Idem cum superiore.*

*Arg.* AVGVR PONT. COS. ITER. ET TER. DES. *Secespita, aspergillum, guttus, lituus, capeduncula.* COS. ITER. ET TER. DESIG. DIVO IVLIO. *Templum quatuor columnis suffultum, in cuius medio figura togata, fortè Iulij Dict.*

*Aur.* IMP. CAESAR DIVI IVLI F. *Caput Caesaris iuuenile.* PONT. COS. ITER. ET TER. DESIGN. IIIVIR ITER. R.P.C. *Tripus cui imposita est capeduncula. hinc inde lituus & patella.*

*Arg.* IMP. CAESAR AVGVR PONT. IIIVIR ITER. R.P.C. *Augustus cũ lituo.* COS. ITER ET TER. DESIG. IMP. ITER. *Tripus, securis, & caduceus.* IMP. CAESAR DIVI IVLI F. *Facies Augusti.* AGRIPPA COS. DES. *in medio nummo.*

*Arg.* *Caput Augusti, sine inscriptione.* IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IIIVIR ITER. R.P.C. *Tripus cum duabus stellis, & vrceolo ministratorio, capeduncula & lituo.*

*Tergestae Coloniae Fori Iulij op.*
IMP. CAESAR COS. DESIG. TERT.
IIIVIR R.P.C. ITERVM
MVRVM TVRRESQ. FECIT.
*Hoc anno II. Cos. Caesar adeptus. in hoc honore Imp. Caesar appellatus est.*

D Orbis

Imp. II. Coi. II. Bello Siculo cum S. Pōpeio.

Orbis 3926. V. C. 716. A. C. 36.

*Aur.* IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IIIVIR ITER. R.P.C.
IMP. ITER. S. C. *Figura equestris cum luuo dextra.*

*Arg.* *Caput Augusti, sine inscriptione.*
IMP. CAESAR. *Columna ex vtraque parte rostris nauium armata, & statua in sublimi, dextra tenens hastam.*
*Eadem inscriptio. Arcus triumph. cui insistunt quatuor equi.*
*Eadem inscriptio. Terminus insistens fulmini Iouis. quod ipsum illud Festina lentè significat: Terminus enim hæret, fulmen ocyßimè fertur.*
*Eadem inscriptio in peristylio templi cuiusdam.*

*Æ.* IMP. CAESAR. *Caput Augusti.*
AVGVSTVS. *Sex pulcherrimæ spicæ in vnum colligatæ.*
*Arg.* M. METTIVS A. *Figura stans, dextra ignotum quiddam, sinistra clypeum tenens.*
*Huc referri possunt nummi omnes qui sunt in Goltzij Augusto, fol. 31.*

Imp. II. Coi. II.

Orbis 3927. V. C. 717. A. C. 35.

*Arg.* IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IIIVIR ITER. R.P.C. *Cæsar cū lituo.*
M. COCCEIVS NERVA IIIIVIR. *Tripus cum duobus ramis lauri, & stella in medio.*
*Arg.* CAESAR AVGVSTVS. *Caput Cæs.*
L. AQVILLIVS FLORVS IIIVIR SICIL. *Vir habitu militari, mulierem supplantans. Siciliæ subactæ typus.*

Ouans ex Sicilia.

*Arg.* CAESAR DIVI F. *Bigæ triumphales.*
IMP. *Caput Cæsaris galeatum.*

*Aur.* IMP. CAESAR. *Templum, & in eo tropbaeum nauale.*
*Arg.* *Eadem inscriptio. Quadrigæ triumphales.*
*Victoria alata insistens proræ nauis, dextra sertum siue lauream, sinistra palmam super humerum protensam.*

*Aur.* CAESARI AVGVSTO S. P. Q. R.
*Quadrigæ triumphales.*
*Aur.* *Templum Martis, cui inest currus temone erecto: ei equus insidet, & in curru medio sceptrum insistente aquila alis expansis.*

Orbis 3928. V. C. 718. A. C. 34.

*Arg.* IMP. CAESARI SCARPVS IMP. *Manus.*
DIVI F. AVG. PONT. *Victoria alata insistens globo, dextra sertum, sinistra palmam.*

Orbis 3930. V. C. 720. A. C. 32. Imp. III. Cos. II. Desig. III.

*Arg.* CAESAR AVGVSTVS.
OB CIVIS SERVATOS.
S. P. Q. R. CLV. OB CIVIS SERVATOS.
M. DVRMIVS IIIVIR. *Aper hasta transfixus.*
C. ANTISTIVS REGINVS IIIVIR. *Tripus, lituus, capeduncula, patera.*

Orbis 3932. V. C. 722. A. C. 30. Imp. IIII. Cos. III. Bello Actiaco.

*Æ.* ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ.
ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Europa insidens tauro.*

*Aur.* CAESAR DIVI F. AVGVR PONT. IMP. QVAR. COS. TER. *Caput Augusti.*
DIVI IVLI. *Caput Iulij Dictatoris.*

*Fasti Capitolini.*

C. IVLIVS DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIANVS SECVNDVS POPVLI ROM. IMPERATOR VICTO AD ACTIVM M. ANTONIO SOLVS REMP. TENVIT, ANN. XLIIII. MENS. XI. D. XVIII.

EX K. OCT. C. IVLIVS DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIANVS IIII. CN. POMPEIVS Q. F.

*M. Antonius* III*vir* R. P. C. *cum Cleopatra ad Actium bello navali hoc anno vincitur* IIII. *Non. Sept. & ab ea die primùm Cæsar solus rerum potitus est, imperiúq. eius recensio præcisè ab ea die sumitur. Dion initio lib.* LI.

Orbis 3933. V. C. 723. A. C. 29. Imp. V. Cos. IIII. Victo ad Actiū Ant. anno præced.

*Aur.* CAESAR DIVI F. IMP. V. COS. IIII. *Caput Cæsaris.*
ACT. *Apollo Actiacus.*

*Arg.* CAESAR IMP. *Caput Cæsaris iuuenile.*
ACT. *Idem Apollo Act. Vide diuersos in Goltzio.*

Bello Alexandrino. *Arg.* *Caput Cæsaris in corona quercea, citra inscript.*
CAESAR DIVI F. *Tropheum nauale.*
*Eadem inscriptio.* *Victoria alata, insistens globo, dextra lauream, sinistra palmam.*

*Arg.* *Caput Veneris aut Clementiæ.*
CAESAR D. F. *Miles gradiens, dextram protendens, sinistra hastam.*

*Victo priore anno ad Actium M. Antonio, Cæsar Apollini Actio templum extruit, naues consecrat, & sacrum quinquennale constituit. Dion lib. 51.*
*Huc referri possunt nummi à Goltzio expressi, fol. 32. & cap. 1. fol. 8.*

Imp. VI. VII. Cos. V.

Orbis 3934. V. C. 724. A. C. 28.

*Aur.* IMP. CAESARI D. F. COS. V. IMP. VI. S. P. Q. R. *Caput Aug.*

*Figura equestris habitu pacificatoris; absque alia inscriptione.*

I. Cæs. triumphus de Galleis, Morineis, & Sueuis. *Arg.* IMP. CAESAR DIVI IVLI F. *Caput Cæs.*
C. CARRINAS C. F. PROCOS. *Victoria alata, insistens proræ nauis, dextra lauream, sinistra palmam super humerum.*
*C. Albius Carrinas & ipse triumphum duxit & Cæsar, quoniam victoria ad summa rei præfectum Imperatorem referri solebat. Dion lib. 51.*

II. Cæs. triumphus de Pannoniis & Dalmatiis. *Aur.* CAESARI DIVI F. COS. V. IMP. VII. *Caput Cæs.*
S. P. Q. R. *Quadrigæ triumphales.*

*Imp. Cæsar Diui* F. R. P. *conseruata, Pater Patriæ appellatus, eidémque statua equestris decreta.*

Imp. VII. Cos. V. Desig. VI. III. Cæs. triumphus ex Macedonia & Actio.

Orbis 3934. V. C. 724. A. C. 28.

*Arg.* CAESAR IMP. VII. *Caput Cæsaris.*
COS. V. *Victoria alata, insistens proræ nauis, vt in superioribus.*

V. Cæs. triumph. de reg. Cleopatra & Aegypto.

*Aur.* IMP. CAESARI D. F. COS. V. P. P. IMP. VII. S. P. Q. R.
*Quadrigæ triumphales.*

*Aur.* IMP. CAESAR DIVI F. *Cæsaris cum lituo effigies.*
PATER PATRIAE. *Capricornus temonem & globum gestans.*

Roma

*Roma ad tres columnas templi Iulij in foro Romano.*

SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS
IMP. CAESARI DIVI IVLI F. COS. QVINCT.
COS. DESIGN. SEX. IMP. SEPT.
REPVBLICA CONSERVATA.

*Hoc anno pace* P. R. *terra marique parta, Ianus clusus* III.

Orbis 3935. V. C. 725. A. C. 27. Imp. VII. Cos. VI.

*Arg.* IMP. CAESAR DIVI F. COS. VI. LIBERTATIS P. R. VINDEX.
*Caput Augusti coronatum laurea.*
PAX. *Figura stolata stans, dextra caduceum, à tergo ara cum serpente, & circumcirca corona laurea.*

*Aur.* CAESAR COS. VI. *Caput Caesaris cum lituo.*
*Arg.* AEGYPTO CAPTA. *Crocodilus.*

*Arg.* CAESAR DIVI F. COS. VI. *Caput Caesaris cum capricorno.*
AEGYPTO CAPTA. *Crocodilus.*

*Arg.* CAESAR IMP. VII. *Caput Caes.*
ASIA RECEPTA. *Duo serpentes. Asia typus.*

*Hoc anno Caesar* R. P. *constituendae potestatem in decennium accepit, & vt Augusto rerum potito à* P. R. *imperium in decennium primùm, deinde in alium atque alium prorogatum est, ita Impp. qui Augustum secuti sunt, licet in omnem aetatem creati essent, tamen decimum quemque annum festum agebant, Imperium quasi renouantes.*

Orbis 3936. V. C. 726. A. C. 26. Imp. VII. Cos. VII.

*Aur.* AVGVSTVS DIVI F. COS. VII. CIVIBVS SERVATEIS.
*Aquila vnguibus tenens coronam querceam, in cuius medio* S. C. *& vtrimque duo rami lauri.*

*Arg.* CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE.
*Caput Augusti, sine alia inscriptione.*

*Arg.* CAESAR AVGVSTVS. *Biga elephantorum.*

M. DVRMIVS IIIVIR HONORI. *Caput Honoris.*

M. DVRMIVS IIIVIR. *Pagurus vtraque cheli papilionem tenens, alludens fortè ad symbolum dicterij Augusti, σπεῦδε βραδέως. papilio enim praeproperè & subsultim volat, pagurus lentè incedit.*

*Arg.* CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti.*

TVRPILIANVS IIIVIR. *Luna & stella. alius cum figura insidentis scutis.*

DIVVS IVLIVS. *Cometa. Goltz. in Aug. fol. 10. num. 117.*

*Flammiferumq́ue trahens spatioso limite crinem*

*Stella micat. Vide Sueton. in vita Caesaris.*

*Aur.* C. POPPAEVS SABINVS AED. CVR. *Sella curulis laureata.*

*Arg.* AVGVSTVS. *Caput Augusti.*

*Corona laurea cum sex rostris nauium.*

*Aur.* *Sphinx. de qua Ausonius:*

*Terruit Aoniam volucris leo virgo triformis*

*Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.*

*Caesar hoc anno in* VII. *Consulatu* AVGVSTVS, *& rebus feliciter in Moesia, Dacia, ac vniuersa Thracia per M. Crassum gestis, quòd ipsius auspiciis ea victoria parta esset, Imp.* VII. *appellatus est.*

Imp. VII. Orbis 3937. V. C. 727. A. C. 25.

Cos. VIII. *Arg.* CAESAR DIVI F. AVGVSTVS COS. VIII. P. P. IMP. VII.

L. MESCINI RVFVS IIIVIR. *Sella curulis inter duos ramos lauri, cum laurea corona.*

Imp. VII. Orbis 3938. V. C. 728. A. C. 24.

Cos. IX. *Arg.* AVGVSTVS.

ARMENIA CAPTA. *Arcus & pharetra.*

*Æ.* CAESAR AVGVSTVS IMPERAT. VII.

ROM. ET AVG. *AEdificium aut porticus, aut templum potius Romae & Aug. positum, cum duabus columnis, quibus insistunt hinc inde Victoriae alatae, dextra sertum tenentes. Vide Goltz. fol. 74. nummo 9.*

CAESAR

Æ. CAESAR AVGVSTVS PATER.
AVG. CAES. PROVID. Templum Iani.

Arg. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti.*
IAN. CLV. *Templum Iani.*

*Hoc anno pace* P. R. *terra marique parta, Ianus clusus* IIII.

Orbis 3939. V. C. 729. A. C. 25. Imp. VII. Cos. X.

Æ. AVGVSTVS P. P. COS. X. *Caput Augusti.*
P. OREST. C. PONTIO C. SVLPICI IIVIR. *Taurus.*

Aur. S. P. Q. R. IMP. CAESARI. *Caput Augusti.*
Arg. CAESAR AVGVST. *Caput Caes.*
VOT. P. SVSC. PRO SAL. ET REP. I.O.M. SACR. *Mars nudus.*

Aur. *Caput Caesaris, sine inscript.*
Arg. *Martis figura stantis supra basim aut cippum, sequente inscript.*
IOVI VOT. SVSC. PRO SAL. CAES. AVG. S.P.Q.R.
L. MESCINIVS RVFVS S.P.Q.R. V. PRO RE CAES.

Arg. L. MESCINIVS IIIVIR S. C. *& in cippo* IMP.
I. O. M. CAES.
S. P. Q. R. V. S. AVGV.
PR. S. IMP. CAE. COMM.
QVOD PER EVM *In corona* CONS.
R. P. IN AMP. *quercea.*
ATQ. TRAN.
S. E.

*Hac eadem inscriptio legitur in alio quodam nummo arg. cuius aduersa pars habet arcum triumph. cum inscript.* IMP. CAES.

*Vota soluta pro reditu, are, statua & corona ex voto posita Augusto* X. *& C. Norbano Flacco* II. *Cos.* V. C. 729.

Orbis

Imp. VIII. VIII. Col. XI. Tr. pl.

Orbis 3940. V. C. 730. A. C. 22.

*Arg.* AVGVSTVS COS. XI. *Caput Augusti.*
PACI PERP. *Templum pacis.*

*Arg.* AVGVSTVS TR. POT. *Figura equestris.*
P. STOLO IIIVIR. *Clypei, seu pelta, seu ancilia, cum albogalero.*

*Cæsar Cos. abdicauit Tr. p. accepta.*

Tr. p. II. Imp. VIII. Col. XI.

Orbis 3941. V. C. 731. A. C. 21.

*Aur.* AVGVSTO DIVI F. COS. XI. TR. P. II. IMP. VIII. *Caput Cæsaris.*
M. COCCEIVS M. F. NERVA IIIVIR EVR. ASI. AFR. S. P. Q. R.

*Aur.* CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti.*
*Arg.* IOVI TON. *Templum Iouis, in cuius medio Iuppiter stans, sinistra tenens hastam puram, dextra fulmen.*

*Iuppiter Stator, Tonans, Feretrius, Elicius ab eliciendo fulmine dictus. Plin. lib. 2. cap. 53. Templi huius statuendi causam ita describit Sueton. Tonanti Ioui ædem consecrauit, liberatus periculo, cùm in expeditione Cantabrica, per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruúmque prælucentem exanimasset.*

*Augustus ædem Iouis tonantis quam bello Cantabrico vouerat, hoc anno consecrauit.*

Tr. p. III. Imp. VIII. Col. XI.

Orbis 3942. V. C. 732. A. C. 20.

*Aur.* CAESAR AVGVSTVS TRIB. POTEST. III. P. P.
C. MARIVS C. F. PROQ. IIIVIR AFR. *Pegasus.*

*Pegasus à πηγὴ dicitur, quoniam impulsu pedis fontem excitarit; vt Ouid. 5. Metamorph. siue quòd ad fontes Oceani natus fuerit, vt Hesiodus habet, equus alatus Neptuni & Medusæ filius, vel ex cruore occisa Medusæ natus, qui in Heliconem volans, & pede terram feriens, fontem fecit Musis sacrum Hippocrenen. deinde cùm in Pirenem fontem dulcem caput inclinaret, Bellerophon ipsum ascendit; & in cælum volare volens, tandem decidit. Pegasus autem in cælum perueniens, inter sidera positus est. Putant autem quidam per hunc Pegasum Africæ typum exprimi. Est etiam Pegasus Famæ typus & Gloriæ.*

*Arg.* AVGVSTVS DIVI F. *In corona quercea caput Augusti.*
C. MARIVS C. F. PR. Q. IIIVIR. *Duæ figuræ stantes cum baculis in manu, & ad singulos vtriusque pedes panarium.*

*Regum Asiæ Legati templum Iouis Olympici Athenis antiquitus à Deucalione incohoatū, communi sumptu perficiendū locarunt, absolutúmq. Genio Augusti dedicandū decreuerūt.*

Orbis

Orbis 3943. V. C. 733. A. C. 19. Tr. p. IIII. Imp. IIII. Cos. XI.

Arg. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS TR. POT. IIII.
L. BABVS PR. COS. *Trophaum cum duobus captiuis.*

Aur. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Caes.*
*Victoria vtraque manu sertum tenens, volitans super clypeo, in quo* S. P. Q. R. CL. V.

Arg. SIGNIS RECEPTIS. S. P. Q. R. CL. V. *Aquila & aliud signũ militare.*
SIGNIS RECEPTIS. *Mars nudus galeatus, vtraque manu tenens signa militaria.*
*Eadem inscriptio: Duae lauri; aut duplex laurus.*
P. CARISIVS LEG. PRO PR. *Trophaeum inter scuta & hastas.*

Æ. T. CARISIVS LEG. AVGVSTI. *in medio nummo.*

Arg. AVGVSTVS.
L. CANINIVS GALLVS IIIVIR. *Figura genibus procumbens videtur. Parthus restituens signa militaria, vt infrà in* L. *Aquillio Floro.*
SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS. *In medio nummo.*

Aur. AVGVSTVS COS. XI. *Caput Caes. laureatum.*
SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS. S. P. Q. R. *Corona quercea.*

Arg. CAESAR AVGVSTVS. *Bigae elephantorum.*
L. AQVILLIVS FLORVS IIIVIR. *Caput Virtutis.*

CAESAR AVGVSTVS SIGNIS RECEPTIS. *Parthus restituens signa militaria, de quib. Sueton. Parthi signa militaria quae* M. *Crasso &* M. *Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt.*
L. AQVILLIVS FLORVS IIIVIR. *Caput radiatum.*

*Signa militaria Augusto remissa à Phraate Parthorum Rege.*
*Pax cum Parthis signis receptis.*

Orbis 3944. V. C. 734. A. C. 18. Tr. p. V. Imp. IX. Cos. XI.

Arg. TR. P. V. IMP. IX. *Caput Augusti.*
COM. ASIAE ROM. ET AVG. *Templum.*

*Arg.* IMP. CAES. AVG. IMP. IX. TR. POT. V.
S. P. Q. R. SIGNIS RECEPTIS. *Panuin. 2. fastorum 295.*
*Imperatoris vox cùm pro prænomine vsurpatur, supremam eorum auctoritatem in Rep. significat; cùm verò post nomen ponitur, rerum præclare bello gestarum numerum, vt in hoc nummo, & sequentibus quibusdam.*

*Ar.* *Caput Augusti sine inscript. Goltz. in Aug. fol. 4. nummo 46. & fol. 43 nu. 12.*
L. MESCINIVS RVFVS. *Figura galeata insistens cippo.* S. P. Q. R.
*Aur.* AVGVSTVS. *Capricornus cum globo, temone, cornucop.* V. PR. RE.
*Arg.* CAES.
*Per Cornucopiæ significatur vbertas agrorum, & omnium fructuum abundantia.*
*Naiades hoc pomis & odoro flore repletum*
*Sacrarunt, diuésque meo bona copia cornu est.*

*Aur.* FORT. RED.
*Arg.* CAES. AVG. } *In ara quadam.*
S. P. Q. R.

*Arg.* Q. RVSTIVS FORTVNAE ANTIAT. *Duæ figuræ.*
CAESARI AVGVSTO FOR. RE. EX S. C. *Ara vt superior.*

*Ara Fortunæ Reduci Augusto consecrata. Vide Goltzium in Augusto, fol. 48.*

Orbis 3945. V. C. 735. A. C. 17.

Tr. p. VI. *Aur.* IMP. CAESARI AVG. COS. XI. TR. P. VI. S. P. Q. R. *Caput Aug.*
Imp. IX. *Arg.* CIVIB. ET SIGN. MILIT. A PARTHIS RESTIT. *Goltz. fol.*
Cos. XI. *39. nummo 16. Corona quercea seu ciuica, qua donatus est Augustus.*
CIVIB. ET SIGN. MILIT. A PARTH. RECVP. *Arcus triumph. cui insistunt quadrigæ triumph. cum duab. figuris hinc inde Imp. triumph. coronantibus.*

*Arg.* TVRPILIANVS IIIVIR FERON. *Caput Libertatis.*
CAESAR AVGVSTVS SIGN. RECEP. *Parthus genibus flexis restituens signa militaria.*

*Aur.* AVGVSTVS COS. XI. *Caput Augusti laureatum.*
SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS S. P. Q. R. *Corona quercea.*

*Arg.* CAESARI AVGVSTO. *Quadrigæ triumphales.*
S. P. Q. R. PAREN. CONS. SVO. *Aquila legionaria. Toga & corona laurea.*

*Huc referuntur nummi à Goltzio expressi, fol. 38. & sequentibus.*

Orbis

Orbis 3946. V. C. 736. A. C. 16. Tr.p. VII. Imp. IX. Cos. XI.

*Aur.* AVGVSTVS TR. POT. VII. *Caput Augusti.*

*Arg.* L. MESCINIVS RVFVS IIIVIR IMP. CAES. AVG. LVD. SAEC. XV. S. F.

*Aur.* CAESAR AVGVSTVS TR. POT. *Caput Augusti laureatum.*

*Arg.* L. MESCINIVS RVFVS IIIVIR. *in cippo* XV. IMP. CAES. AVG. LVD. SAEC. S. F.
*Idem cum superiore. Vide Goltzium fol. 71.*

*Arg.* AVGVSTVS DIVI F.
M. SANQVINIVS IIIVIR. *vt inferior. Stella crinita in vertice capitis laureati.*

*Arg.* M. SANQVINIVS IIIVIR. *Idem cum superiore.*
AVGVSTVS DIVI F. LVDOS SAEC. F. *Figura stolata stans, sinistra vmbonem, dextra caduceum: in capite videtur habere duas auriculas aut cornua. Talis precisè in Domitiani ludis sæcularib. cernitur. Apices illi duplices acutissimi, quales in Flaminis pileo cernuntur, & gemini, fortè ad religionem referendi sunt, aut ad duo numina quæ in his ludis in primis colebantur, Apollinis & Dianæ. viderint doctiores & iudicent.*

*Ludi sæculares quinti ex s. c. facti. Vide Goltzium in Augusto 71.*

Orbis 3947. V. C. 737. A. C. 15. Tr.p. VIII. Imp. IX. Cos. XI.

*Æ.* CAESARI AVGVSTO TRIBVN. POT. VIII. IMP. IX. COS. XI. PATRI PATRIAE S. P. Q. R. S. C.

Orbis 3948. V. C. 738. A. C. 14. Tr.p. IX. Imp. IX. Cos. XI.

*Æ.* CAESAR AVGVSTVS TRIB. POT. IX. COS. XI. *Caput Aug.*
P. QVIN. VARO. M. TITIO. L. COR. BALBO IIVIR. *Taurus.*

*Emeritæ Augustæ in Hispania.*

IMP. CAES. DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. COS. XI. *TRIBVNIC. POTEST. X. IMP. VIIII. ORBE MARI ET TERRA PACATO TEMPLO IANI CLVSO ET REP. PR. OPTIMIS LEGIBVS ET SANCTISSIMIS INSTITVTIS REFORMATA VIAM SVPERIOR COS. TEMPORE INCHOATAM ET MVLTIS LOCIS INTERMISSAM PRO DIGNITATE IMPERII. P.R. LATIOREM LONGIOREMQVE GADEIS VSQ. PROMOVIT.

*Fortè tr. p. IX.

Tr. p. X. Imp. X. Col. XI.

Orbis 3949. V. C. 739. A. C. 13.

*Aur.* IMP. CAESARI AVGVSTO COS. XI. TR. P. X. IMP. X.
S. P. Q. R. IMP. CAES. *Figura equestris insistens basi.*

*Arg.* AVGVSTVS DIVI F.
IMP. X. *Imperator insidens substructioni: ante eum alia duæ figuræ stantes & porrigentes ramos lauri.*
IMP. X. SICIL. *Diana venatrix cum hasta, arcu & canicula.*
*Aur.* IMP. X. *Bos cornupeta.*
*Arg.* IMP. X. ACT. *Apollo Actiacus, diuersus ab eo qui in Goltz. fol. 32.*
*Æ.* Q. C. VAR. RVF. S. IVL. POL. IIVIR. *Signa pontificalia, capeduncula, aspergillum, securis & albogalerus.*

*Aur.* CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti.*
*Arg.* IMP. X. *Bos cornupeta. Goltz. 71.*

Tr. p. XI. Imp. XI. Col. XI.

Orbis 3950. V. C. 740. A. C. 12.

*Æ.* CAES. PONT. MAX. *Caput Augusti laureatum.*
ROM. ET AVG. *Porticus cui insistunt duæ victoriæ cum laureis. Vide Goltz. in Augusto fol. 14. nummo 167. & fol. 74. nummo 9.*

*Aur.* IMP. CAESARI AVGVSTO COS. XI. TR. P. XI. S. P. Q. R. *Caput Aug.*
AVGVRI PONT. MAX. IMP. XI. P. P. *Patella, lituus, capeduncula.*

AVGVSTVS DIVI F.
IMP. XI. ACT. *Apollinis Actij.*
IMP. XI. SICIL. *Diana cum arcu & pharetra.*
IMP. XI. *Capricornus.*

*Hoc anno P. M. factus est Augustus.*

Tr. p. XII. Imp. XII. Co. XI.

Orbis 3951. V. C. 741. A. C. 11.

*Aur.* AVGVSTVS DIVI F.
IMP. XII. *Apollo Actiacus.*

*Æ.* AVGVSTVS P. M. TRI. POT. XII. PR. IIVIR. *Caput Augusti laur.*
C. BALBO. L. PORCIO. *Taurus.*

Orbis

Orbis 3952. V. C. 742. A. C. 10. Tr.p. XIII. Imp XII. Col. XI.

*Aur.* AVGVSTVS PONT. MAX. TRIB. POT. XIII. COS. XI. AVGVR IMP. XII. P. P. *Capricornus tenens globum & temonem cum cornucopia.*

Orbis 3953. V. C. 743. A. C. 9. Tr.p. XIIII. Imp. XII. XIII. Col. XI.

*Aur.* AVGVSTVS TR. POT. XIIII. COS. XI. IMP. XIII. P. P. *Aug. laur.* TI. SEMPRONI. TI. F. GRACCVS. LEG. PROCOS. *Pini conus. Germaniæ typus.*

*Æ.* IMP. AVGVSTVS TRIB. POTES. XIV. M. PORCI CN. F. VD. IIVIR. CAESAR AVGVSTA. G. V. *Coloniæ deducta.*

*Romæ in Obelisco Campi Martij.*

IMP. CAESAR
DIVI F. AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS.
IMP. III. COS. XI.
TRIB. POT. XIV.
AEGYPTO IN POTESTATEM
POPVLI ROMANI REDACTA
SOLI DONVM DEDIT.

Orbis 3954. V. C. 744. A. C. 8. Tr. p. XV. Imp. XIII. Col. XI.

*Æ.* AVG. TRIB. PO. XV. *Caput Augusti.* *Figura paludata sedens, dextra pini conum, sinistra cornucop.*

*Romæ.*

Vide Goltzium in Augusto fol. 196.

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS.
IMP. XIIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV.
EX STIPE QVAM POPVLVS ROMANVS
ANNO NOVO ABSENTI CONTVLIT
NERONE CLAVDIO DRVSO
T. QVINCTIO CRISPINO COS.
VOLCANO.

*Ibidem.*

*Ibidem.*

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS.
IMP. XIIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV.
EX STIPE QVAM POPVLVS ROMANVS
CALENDIS IANVAR. CONTVLIT.
C. MARCIO CENSORINO. C. ASINIO GALLO COS.

Tr. p. XVI. Imp. XIIII. Cos. XI.

Orbis 3955. V. C. 745. A. C. 7.

*Aur.* IMP. CAESAR AVGVST. PON. MAX. TR. POT. XVI. COS. XI. IMP. XIIII.
TI. SEMP. GRACCVS IIVIR ITER. COL. IVL. AVGVS. EX S. C.
*Colonia deducta.*
IMP. CAESAR. *Colonia deducta.*
*Augusti caput, Apollinis specie.*

*Arg.* CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti laureatum.*
TI. NERO TI. F. PROCOS. *Trophæum cum duobus captiuis.*
MAR. VLT. *Templum Martis, in quo figura tenens aquilam dextra, signum militare sinistra.*

*Arg.* CAESARI AVGVSTO.
S. P. Q. R. *Templum Martis, in quo signum militare & aquila.*

Tr. p. XVII. Imp. XIIII. Cos. XI.

Orbis 3956. V. C. 746. A. C. 6.

*Aur.* AVGVSTVS DIVI F. *Caput Augusti laureatum.*
*Arg.* TR. POT. XVII. *Victoria alata globo insidens.*

*In trophæo Alpium Elogium Augusto dicatum, cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 20. de Alpibus, &c.*

Vide inscript. veteres P. Appiani fol. 322. Goltz. in Aug. fol. 195.

IMP. CAESARI DIVI F. AVGVSTO.
PONT. MAX. IMP. XIIII. TRIBVNIC. POTESTAT. XVII.
S. P. Q. R.
QVOD EIVS DVCTV AVSPICIISQVE
GENTES ALPINAE OMNES QVAE A MARI
SVPERO AD INFERVM PERTINEBANT.
SVB IMPERIVM P. R. REDACTAE SVNT.

Roma.

*Romae.*

IMP. CAESAR DIVI F.
AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
TRIBVNIC. POTEST. XVII.
EX S. C. TERMINAVIT.

Orbis 3957. V. C. 747. A. C. 5.

Tr. p. XVIII. Imp. XIIII. Cos. XI. Des. XII.

Æ. AVGVSTVS PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII. COS. XI.
IMP. XIIII. PATER PATRIAE S. C.

Æ. ....... COS. XI. DES. XII.
CAESAR AVGVSTA.
IIVIR.
VERRIO.

Aur. IMP. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti laureatum.*
TI. CLAVDI T. F. NERO COS. ITER. IMP. ITER.
*Quadrigae triumphales vehentes pini conum, Germaniae typum.*

Orbis 3958. V. C. 748. A. C. 4.

Tr. p. XIX. Imp. XIIII. Cos. XII. Vide Sueton.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS COS. XII. P. P.
L. POMPON. Q. HATERI. C. CAESIN. IIVIR. *Bos.*
CN. DOMIT. POMPE. C. VICEL. IIVIR. *Bos.*
L. CORNELIVS SVLLA IIIVIR A. A. A. F. F.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. XIX.
IMP. XIIII. COS. XII. PATER PATRIAE S. C.

*Romae in Aquaeductu aquae Martiae ad portam Esquilinam.*

IMP. CAESAR DIVI IVLI F. AVGVSTVS
PONTIFEX MAX. COS. XII.
TRIBVNIC. POTESTAT. XIX. IMP. XIIII.
RIVOS AQVARVM OMNIVM REFECIT.

Orbis

Tr. p. XX. Orbis 3959. V. C. 749. A. C. 3.

Imp. XIIII. Æ. IMP. AVGVSTVS TRIB. POTES. XX.

Col. XII. CN. DOM. LDO. M. AR. C. VETL. AVG. IIIVIR CAES. AVGVS. Bos.

Æ. CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE.

*Aur.* ROM. ET AVG. *Duæ victoriæ alatæ cum sertis in manibus supra portam aut ædificium, aut templum aliquod hinc inde stantes, vt in superioribus.*

*Arg.* C. L. CAESARES AVGVSTI F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. *Duæ figuræ, altera Caij, altera Lucij togati, assistentes clypeis cum hastis puris, signis pontificalibus & auguralibus.*

GAIVS ET LVCIVS CAESS. *Caium & Lucium nepotes ex Agrippa & Iulia filia genitos, quorũ ille natus est M. Appuleio & P. Silio Nerua Coss. v. c. 733. hic C. Furnio, C. Silano Coss. v. c. 736. Cæsar Augustus statim eo ipso anno quo fuit L. Natalis adoptauit in filios, successoré sq. in Imperio designauit. Necdum posita puerili prætexta, principes iuuentutis appellari voluit. Adultos verò* XIII. *Cos. gerens, quem ob id vltrò petierat, suo quemque tyrocinio in forum deduxit, Consules quoque designauit. Lucius Hispanias petens, quò pater Augustus illum miserat, in itinere aduersa valetudine correptus, Massiliæ vitam finiuit, ante diem ferme quinquagesimum quàm Caius frater, teste Velleio Paterculo. certè intra spatium duodeuiginti mensium, vtrumque ereptum Augusto patri refert Suetonius. Lucio Mentosa in Hispania Bætica huiusmodi legitur posita inscriptio:*

MVNICIPIVM ALBENSE VARCAONENSE D. D. L. CAESARI AVG. F. DIVI I. NEPOTI PRINCIPI IVVENTVTIS AVGVRI COS. DESIGNATO C. DEDICAVIT.

*Eandem inscriptionem extare apud Agaunenses, sed mutilam & vetustate corrosam, testatur vir doctiss. Ioann. Stumpfius operis Chronici lib. 11.*

Tr. p. XXI. Orbis 3960. V. C. 750. A. C. 2.

Imp. XIIII. *Aur.* AVGVSTVS DIVI F. *Caput Augusti laureatum.*

Col. XII. & XIII. *Arg.* L. LENTVLVS FLAMEN MARTIALIS.

C. CAESAR AVG. F. *Expeditio Caij in Armeniam. Figura Caij equestris cum tribus signis militaribus.*

*Caius Cæsar ad Orientem ab Augusto missus cum rege Parthorum in Euphratis insula vtriusque exercitu spectante, coijt. Parthus prior apud Caium in Romana ripa, Caius posterior apud Regem in ripa diuersa epulatus est. Armeniam, quæ ad Parthos defecerat, facilè ad officium retraxit, Regémque ei præfecit Ariobarzanem Medum. Mox in colloquio cui se temere crediderat, vulneratus in Syriam redijt, inde in Italiam tendens in Lycia, dubium ex vulnere an morbo Liuiæq; nouercæ dolo mortem obijt, anno* v. c. 754. *Ossa eius in vrbẽ relata sunt, vt vetus inscriptio indicat, quæ ante ecclesiam* XII. *Apostol. Romæ cernitur.*

OSSA C. CAESARIS AVG. F. PRINCIPIS IVVENTVTIS.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TRIB. POT. XXI. IMP. XIIII. COS. XII. PATER PATRIÆ S. C.

*Corduba in Hispania in summo templo, in columna ex saxo nigro.*

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS.
COS. XIII. TRIB. POTEST. XXI. PONTIF. MAX.
A BAETE ET IANO AVGVST. AD OCEANVM
L XIIII.

*Ita legit Goltzius in Augusto fol. 198. sed videtur inscriptio deprauata. puto ego, à Bæte & Tago, legendum.*

Orbis 3961. V. C. 751. A. C. I. Tr. p. XXII. Imp. XIIII. Cos. XIII.

*Aur.* AVGVST. PON. MAX. TR. P. XXII. COS. XIII. IMP. XIIII. DE PARTHEIS. *Tiara Parthica cum arcu & sagittis.*

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. XXII. IMPERATOR XIIII. COS. XIII. PATER PATRIAE S.C.

Orbis 3962. V. C. 752. Iesus Christus nascitur. Tr. p. XXIII. Imp. XIIII. Cos. XIII.

*Aur.* AVGVSTVS DIVI F. *Caput Augusti laureatum.*

*Arg.* COSSVS CN. F. LENTVLVS. *Figura equestris cum trophæo super humerum.*

*Arg.* IMP. XIIII. *Imp. insidens subsellio, cui alia figura porrigit infantem fasciis inuolutum.*

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. XXIII. IMPERATOR XIIII. COS. XIII. PATER PATRIAE. S.C.

*Oracula omnia circa hoc tempus desiisse, Pythium quod Delphis petebatur, Dodonæum, Ammonium, & reliqua, à veteribus obseruatum est. Et ipse Augustus cum plurimis præclarè feliciterque gestis rebus clarus, primusq; ipse monarcha renũciatus, tum prouectiore iam ætate ad oraculum Pythij Apollinis venit, & sacrificio omnium maximo, quod Hecatombe dicitur, dæmoni oblato, quæsiuit, quisnam post eum Romanum administraturus esset Imperium. At cùm nullum ederetur responsum, alterum quoque adiecit sacrificium, denuoq; rogauit, quid ita oraculum pluribus verbis vti solitum, nunc tandem obticuisset; tum illud parua interposita mora ad hunc modum respondit:* Vide Nicephorũ li. I. cap. 17.

*παῖς ἑβραῖος κέλεταί με, θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων*
*τόνδε δόμον προλιπεῖν τε, καὶ αὖθις ἀΐδος ἱκέσθαι.*
*λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βώμων ἡμετεράων.* *id est,*
*Me puer Hebreus diuos* DEVS *ipse gubernans*
*Cedere sede iubet, tristémque redire sub Orcum.*
*Aris ergo dehinc tacitus discedito nostris.*

*Tali responso accepto Cæsar Romam est reuersus, atque ibi in Capitolio aram maximam extruxit, cum eiusmodi inscriptione:*

ARA PRIMOGENITI DEI.

Tr. p. XXIIII. Imp. XIIII. Cos. XIII.

Orbis 3963. V. C. 753. I. C. I.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. XXIIII. IMP. XIIII. COS. XIII. PATER PATRIAE S.C.

Æ. DIVVS AVGVSTVS PATER. *Caput radiatũ, dextra oleam, sinistra hastã.* CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. F. M. TR. POT. XXIIII.

*Augustus, instante natalis Christi tempore, omnibus suis consulatibus finem imposuit, & ab honore illo deinceps prorsus abstinuit.*

Tr. p. XXV. Imp. XIIII. Cos. XIII.

Orbis 3964. V. C. 755. I. C. 2.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. P. XXV. IMPERATOR XIIII. COS. XIII. P. P. S. C.

Tr. p. XXVI. Imp. XIIII. Cos. XIII.

Orbis 3965. V. C. 755. I. C. 3.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XIIII. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXVI. S.C.

Tr. p. XXVII. Imp. XIIII. Cos. XIII.

Orbis 3966. V. C. 756. I. C. 4.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XIIII. PONT. MAXIM. TRIB. POTEST. XXVII. S.C.

*Aur.* CAESARI AVGVSTO S. P. Q. R. *Caput Augusti.*

*Arg.* QVOD VIAE MVNITAE SVNT. *In medio duorum arcuum triumphalium, quibus insistunt figuræ equestres, duobus trophæis in medio erectis. tales multi & diuersi reperiuntur in Goltzij Augusto, fol. 47. vt & Cinnæ & Rufi, eodem pene typo.*

S. P. Q. R.

*Aur.* S. P. Q. R.
*Arg.* IMP. *In basi cuiusdam ædificij,*
CAES. *cui superstat figura equestris.*
L. VINICIVS.

S. P. Q. R.
IMP. CAE.
QVOD. V. M. S. EX EA P. Q. I. S. AD ADE. *In cippo quodã.*
L. F. IIIVIR.

*Caput Augusti sine inscript.*
L. VINICIVS. *Arcus triumph. in cuius summitate quadrigæ triumph. & sub his in peristylio* S. P. Q. R. IMP. CAE.

Orbis 3967. V. C. 757. I. C. 5. Tr. p. XXIIX. Imp. XV. Cos. XIII.

Æ IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XV.
PONTIF. MAXIM. TRIB. POTEST. XXIIX. S. C.

*Ledesma in Hispania, quæ Bletisa antiquis fuit, in æde D. Mariæ.*
IMP. CAES. AVG. PONTIF. MAXIM.
TRIBVNIC. POT. XXVIII. COS. XIII.
PATER PATRIAE
TERMINVS AVGVSTAL. INTER
BLETISAM ET MIROBR. ET SALM.

Orbis 3968. V. C. 758. I. C. 6. Tr. p. XXIX. Imp. XV. Cos. XIII.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XV.
PONTIF. MAX. TRIBVN. POTEST. XXIX. S. C.

Orbis 3969. V. C. 759. I. C. 7. Tr. p. XXX. Imp. XV. Cos. XIII.

*Aur.* AVGVSTVS PON. MAX. TR. P. XXX. COS. XIII. IMP. XV. P. P.
VOT. P. SVSC. PRO SAL. ET RED. I. O. M. SACR.
*Corona quercea.*

*Arg.* CAESARI AVGVSTO.
VOT. P. SVSC. PRO SAL. ET RED. I. O. M. SACR.
*Figura nuda galeata, sinistra tenens labarum, dextra flagrum.*

*Romæ in quodam opere publico.*

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS
PONT. MAX. TRIB. POT. XIX.
IMP. XV. COS. XIII. PATER PATRIAE.
P. LENTVLVS C. F. SCIPIO COS.
T. QVINCTIVS CRISPINVS VALERIANVS
EX S. C. FACIVNDVM COERAVER.
EIDEMQVE PROBAVER.

Tr. p. XXXI. Imp. XV. Cos. XIII.

Orbis 3970. v. c. 760. I. c. 8.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XV.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXI. S. C.

Tr. p. XXXII. Imp. XVI. Cos. XIII.

Orbis 3971. v. c. 761. I. c. 9.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XVI.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXII. S. C.

*Fani Fortunæ in Piceno in porta antiqua, in media arcus fascia.*

IMP. CAES. DIVI F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS.
COS. XIII. TRIBVNICIA POTEST. XXXII. IMP. XVI.
PATER PATRIAE MVRVM DEDIT.

Tr. p. XXXIII. Imp. XVI. Cos. XIII.

Orbis 3972. v. c. 762. I. c. 10.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XVI.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXIII. S. C.

Tr. p. XXXIIII. Imp. XVII. XVIII. XIX. XX. Cos. XIII.

Orbis 3973. v. c. 763. I. c. 11.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XX.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXIIII. S. C.

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS P. M.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POT. XXXIIII. S. C.

Ara

*Ara à Narbonensibus Augusto hoc anno posita hac inscript.*

T. STATILIO TAVRO
L. CASSIO LONGINO
COS. X. K. OCTOBR.
NVMINI AVGVSTI VOTVM
SVSCEPTVM A PLEBE NARBO
NENSIVM IN PERPETVOM.

QVOD BONVM FAVSTVM FELIXQVE SIT IMP. CAESARI DIVI F. AVGVSTO P.P. PONTIFICI MAXIMO TRIB. POTEST. XXXIIII. CONIVGI LIBERIS GENTIQVE EIVS SENATVI POPVLOQVE ROMANO ET COLONIS INCOLISQVE C. I. P. N. M. QVI SE NVMINI EIVS IN PERPETVVM COLENDO OBLIGAVERVNT PLEBS NARBONENSIVM ARAM NARBONE IN FORO POSVIT AD QVAM QVOTANNIS VIIII. K. OCTOBR. QVA DIE EVM SECVLI FELICITAS ORBI TERRARVM RECTOREM EDIDIT TRES EQVITES ROMANI A PLEBE ET TRES LIBERTINI HOSTIAS SINGVLAS IMOLENT ET COLONIS ET INCOLIS AD SVPPLICANDVM NVMINI EIVS THVS ET VINVM DE SVO EA DIE PRAESTENT. ET VIII. K. OCTOBR. THVS VINVM COLONIS ET INCOLIS ITEM PRAESTENT. K. QVOQVE IANVAR. THVS ET VINVM COLONIS ET INCOLIS PRESTENT. VII. QVOQVE IDVS IANVAR. QVA DIE PRIMVM IMPERIVM ORBIS TERRARVM AVSPICATVS EST THVRE VINO SVPPLICENT. ET HOSTIAS SINGVL. IN MOLENT. ET COLONIS INCOLISQVE THVS VINVM EA DIE PRAESTENT.

ET PRIDIE K. IVNIAS QVOD EA DIE T. STATILIO TAVRO M. AEMILIO LEPIDO COS. IVDICIA PLEBIS DECVRIONIBVS CONIVNXIT HOSTIAS SINGVL. INMOLENT ET THVS ET VINVM AD SVPPLICANDVM NVMINI EIVS COLONIS ET INCOLIS PRAESTENT.

EXQVE IIS TRIBVS EQVITIBVS ROMA
LIBERTINIS VNV *Reliqua deficiunt.*

*Ariona Hispaniæ op. olim Aurigia dicto.*

IMP. CAES. AVG. PONT. MAXIM.
TRIB. P. XXXIIII. COS. XIII. P.P.
VICTORIAE SACR.
L. AIM. FENICELLVS AED. IIVIR
D. S. P. F.

Orbis 3974. V. C. 764. I. C. 12.

Tr. p. XXXV. Imp. XX. Cos. XIII.

Æ. IMP. CAESARI DIVI F. AVGVSTO PON. MAX. TR. P. XXXV. COS. XIII. PATRI PATRIAE IMP. XX. S.P.Q.R. S.C.

*Alia ara ab iisdem Narbonensib. hoc anno Augusto posita.*

Deest princip.

NARBONENSIS
NVMINI AVGVSTI DI
CAVIT.
LEGIBVS IIS QISS.
NVMEN CAESARIS AVG. P. P. QVANDO TIBI
HODIE HANC ARAM DABO DEDICABO
QVE HIS LEGIBVS HISQVE REGIONI
BVS DABO DEDICABOQVE QVAS HIC
HODIE PALAM DIXERO VTI INFIMVM
SOLVM HVIVSQVE ARAE TITVLORVM
QVE EST SI QVIS TERGERE ORNARE
REFICERE VOLET QVOD BENEFICII
CAVSA FIAT IVS FASQVE ESTO SIVE
QVIS HOSTIA SACRVM FAXIT. QVI
MAGMENTVM NEC PROTOLLAT ID
CIRCO TAMEN PROBE FACTVM ESTO SI
QVIS HVIC ARAE DONVM DARE AV
GEREQVE VOLET. LICETO. EADEMQ.
LEX EI DONO ESTO QVAE ARAE EST.
CAETERAE LEGES HVIC ARAE TITVLISQ.
EAEDEM SVNTO QVAE SVNT ARAE
DIANAE IN AVENTINO HISCE LEGI
BVS HISQVE REGIONIBVS SIC VTI
DIXI HANC TIBI ARAM PRO IMP.
CAESARE AVG. PP. PONTIFICE MAXI
MO TRIBVNICIA POTESTATE XXXV.
CONIVGE LIBERIS GENTEQVE EIVS
SENATV POPVLOQVE R. COLONIS
INCOLISQVE COL. IVL. PATERN. NARB.
MART. QVI SE NVMINI EIVS IN PER
PETVVM COLENDO OBLIGAVERVNT.
DOQVE DEDICOQVE VII SIES VOLENS.

Dubito de inscript.

PROPICIVM.

Orbis 3975. v. c. 765. I. C. 13. Tr. p. XXXVI. Imp. XXI. Cos. XIII.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XXI.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVI. S.C.

Æ. IMP. DIVI F. *Caput Augusti cum caduceo.*
*Auersa. Videtur quasi Labyrinthus. Hispanicus nummus est.*

Orbis 3976. v. c. 766. I. C. 14. Tr. p. XXXVII. Imp. XXI. Cos. XIII.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XXI.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVII. S.C.

*Arg.* CAESAR AVGVSTVS. *Effigies Augusti.*
C. SVLPICIVS PLATOLIN. *Duo senatores sedentes pro rostris.*

Æ. CAESAR AVG. TRIBVN. POTEST.
T. CARISIVS LEG. AVGVSTI. *In medio nummo.*

*Arimini in lateribus pontis cuiusdam.*

IMP. CAESAR DIVI F. AVG. PONT. MAX. COS.
XIII. IMP. XXI. TRIBVNIC. POTEST. XXXVII. P. P.
TI. CAESAR AVGVSTI F. DIVI IVLII N. AVG.
PONT. MAX. *COS. IIII. IMP. VIII. TRIB. POTEST. XXII. Fortè COS III.
DEDERE.

*Hoc anno ad* XIIII. *Cal. Septembris Imp. Augustus moritur.*

## POST OBITVM AVGVSTI.

DIVVS AVGVSTVS S.C.
CONSENSV SENAT. ET EQ. ORDIN. P. Q. R. *Figura insidens subsellio, dextra ramum lauri tenens.*

DIVVS AVGVSTVS.
IMP. NERVA CAESAR AVG. REST. S.C. *In medio nummo.*

DIVVS AVGVSTVS PATER.

IMP. T. VESP. AVG. REST. S.C. *Aquila.*

S. C. *In corona quercea.*

S. C. *Fulmen Iouis.*

S. C. *Vesta insidens subsellio, dextra pateram, sinistra hastile.*

S. C. *Figura militaris galeata stans, dextram eleuans, inter duas alias, quarum altera (Vestam puto) insidet subsellio, sinistra cornucop. tenens; altera (Iouem arbitror) stans, hastam puram dextra tenet, cum Victoria alata, in medio aquila & monstra.*

S. C. *Aquila expansis alis insistit globo, calum aspiciens.*

PROVIDENT. S. C. *Templum Iani.*

CAESAR AVG. PATER.

AVG. CAES. PROVID. *Templum Iani.*

P. LVRIVS AGRIPPA IIIVIR S.C.

DIVO AVGVSTO. *Caput Augusti radiatum.*

CONSECRATIO. *Ara. Hic nummus arg. fortè à Gallieno percussus in honorem Augusti, vt & aliorum quorundam Imperatorum; vt in sequentibus patet.*

ΣΕΒΑΣΤΟΣ . . . . . . *Augusti caput.*

ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. *Figura militaris stans, cum scuto sinistra.*

IMP. DIVI F. *Augusti caput laureatum cum lituo.*

Q. MAXIMO PER. L. INO CAESAR AVG. IIVIR.

*Colonus cum tauro & vacca aratrum trahentibus.*

DIVI F. *Caput Veneris, aut Victoriæ, aut Clementiæ.*

RQVIN.

EVE COTA. *Colonus, vt superiori nummo.*

AVGVSTVS IMP.

ERFENE. IIVIR. *Idem cum superiore.*

C. LV. . . . .
CAND. . . . . IIVIR. *Taurus siue bos in medio.*

IMP. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti laureatum.*

L. CORNIFICIO. N. CELSO. C. CENSORINO IIVIR.

S. POMPEIO T. CEL. L. COR. MES. IIVIR. *Bos.*

AVGV-

AVGVSTVS DIVI F. *Caput Augusti.*

C. SVLPICIO. L. CELSO. D. LÆLIO BALBO IIVIR.

L. BACCIO C. VI. CEL. M. FESTO IIVIR. *Taurus.*

T. CRISP. VALERIANO M. SERVIL. L. CALSON. IIVIR.

Q. M. POSTVM. ALBIN. L. PORC. CAPIT. IIVIR. *Figura stans, dextra loculos, sinistra ramum.*

APALVS IIV.

Q. C. VAR. RVF. SEX. IVL. POL. IIVIR. *Quatuor signa pontificalia, capeduncula, aspergillum, securis, & albogalerus.*

VV. OSCA. } *Figura equestris decurrens cum hasta.*

L. CASSIO. C. VALER. IIVIR. *In corona quercea.*

PRAEF. GERMAN. LVPERCO. CCA. *Taurus in medio.*

AVGVSTVS M. CA. IVLIA. *Caput Augusti.*

L. BAEB. PRISCO. C. GRAV. BROC. IIVIR. *Taurus in medio nummo.*

MVN. CAL. IVL.

C. MAR. CA.

Q. VRSO IIVIR. *Taurus in medio.*

AVGVSTVS C. VI. CELSA. *Caput Aug. in corona laurea.*

L. CORN. TERR. M. IVNI HISP. IIVIR. *Taurus in medio.*

L. CORN. TERREN. M. IVN. IIVIR. *vt superior.*

Q. POP. SECVNDINO. SEX. CETHEGO IIVIR.

COL. VI. CELSA IIVIR.

L. POMP. EBVR. L. CORNE. FRONT. *Taurus in medio.*

AVGVSTVS P. M. TR. POT. XII. P. R. IIVIR. *Caput Aug.*

C. BALBO. L. X PORCIO. IIVIR. *Taurus in medio.*

IMP. AVGVS. MVN. CA.
L. BAEBIO
PAESTIO IIVIR. *Taurus in medio.*

CAL. IVL. MVN.
C. MAR. CA. IIVIR. *Taurus in medio.*
Q. VRSO

MVN. CAE.
M. PLAT.
Q. VRSO IIVIR ITER. *Bos stans.*

IMP. AVGVSTVS P. PATRIAE.
L. VAENTINO
L. NOVO.
MV. CALVI. IIVIR. *Taurus in medio nummo.*

CAESAR AVGVSTVS TR. POT. *Caput Augusti.*
C. ATTEI CAPIT. C. PONTIO. P. OREST. IIVIR. *Taurus.*

AVGVSTVS DIVI F. PONT. MAX. PATER PATRIAE.
VRBVIC. OSCA SPARSO ET CELE. IIVIR. *Equestris figura decurrens, cum framea in dextra.*

AVGVSTVS DIVI F.
MVN. ERCAVICA. *Taurus in medio.*
SEGOBRIGA. *Figura equestris decurrens cum framea.*

BILBILIS. *Caput Augusti.*
ITALICA. *Figura equestris, vt superior.*

CAES AR AVGVSTA.
M. FABI .... IIVIR. *Duo boues cum aratro, & colonia deducto-re habitu arantis.*

CAESAR AVG. P. P. GERM. IMP.
AVGVSTA.
EMERITA. *Duo boues cum aratro & colono.*

AVGVSTVS DIVI F.
CAESAR AVGVSTA. IIVIR. *Colonia deducta.*
CAESAR AVGVSTA. Q. LVTAT. M. TRIO IIVIR.

DIVI F. *Caput Augusti cum lituo.*
CAESAR AVGVS. IIVIR. *Colonia deducta.*

IMP. AVGVST. XIV. *Caput Aug. cum capeduncula & lituo.*
CAESAR AVGVSTA. C. V.
M. PORCI CN. F. V. D. IIVIR. *Colonia deducta.*

AVGVSTA BILBILIS. GEMO.
M. SEMP. TIBERI.
L. LICI. VARO. IIVIR.

AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE.
M. L. COR. CAIDO
L. SEMPR. RVTILO IIVIR. *In medio corona quercea.*
AVGVSTA BILBILIS.

IMP. AVGVSTVS P. P.
TVRIASO. *Caput muliebre.*
MVN. TVRIASO. *In corona quercea.*

PERM. CAES. AVG.
COLONIA
PATRICIA. *In corona quercea.*

IVLIA.
TR. AD. *In corona quercea.*

PERMISSV CAESARIS AVGVSTI. *Caput Augusti.*
COLONIA PATRICIA. *Duo signa militaria, & aquila in medio.*

COL. VIC. IVLI. F. P. *Caput galeatum.*
P. SAIPA. M. FVLVI.
P. R. IIV. *Bos cornupeta.*

PERM. DIVI AVG. COL. ROM.
IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. *Caput Iuliæ.*

# CORONAE QVERCEÆ QVÆ ET CIVICÆ
Augusto decretæ & positæ.

OB
CIVIS *Corona quercea, quam alij duo rami lauri circumdant.*
SERVATOS.
Q. AELIVS L. F. LAMIA. IIIVIR. AAA. FF. S.C.
. . . . . LIBO. CN. . . . . . IIIVIR AAA. FF. S.C.

OB
CIVIS *In corona quercea.*
SERVATOS.
C. MARCI. L. F. CENSORIN. AVG. IIIVIR AAA. FF. S.C.

*Vide plures in Goltzij Augusto, fol.60. & sequentibus.*

## IIIVIRI MONETALES SVB AVG.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. *Corona quercea.*

M. LICINIVS CRASSVS
C. CANINIVS REBILVS.
SEX. AELIVS CATVS.
P. CORNELIVS DOLABELLA.
C. SILIVS P. F.
C. ASINIVS GALLVS.
C. GALLIVS LVPERCVS.
M. SANQVINIVS Q. F.
L. SVRDINVS.
CN. PISO CN. F.
T. CRISPINVS.
T. CRISPINVS SVLPICIANVS.

} IIIVIR AAA. FF. S.C.

SILIVS ANNIVS LAMIA. *Duæ dexteræ iunctæ tenentes caduceum.*
IIIVIR AAA. FF. S. C.
*Eadem inscriptio.* S. C. *Cornucopia.*
*Eadem inscriptio.* *Incus.*

CAESAR

CAESAR AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.

| | |
|---|---|
| M. SERVILIVS GEMINVS.<br>T. STATILIVS TAVRVS.<br>C. CASSIVS CELER.<br>C. PLOTIVS RVFVS.<br>S. APPVLEIVS S. F.<br>CN. PISO CN. F.<br>C. GALLIVS C. F. LVPERCVS. | IIIVIR AAA. FF. S.C. |

CAESAR AVGVST. PONT. MAX. TRIBVNIC. POTEST.

| | |
|---|---|
| S. NONIVS QVINCTILIAN.<br>M. MAECILIVS TVLLVS.<br>VOLVSVS VALER. MESSALA.<br>P. LVRIVS AGRIPPA. | IIIVIR AAA. FF. S.C. |

# LIVIA AVGVSTI.

*οἱ ἄρχοντες ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀρχομένων κατεστάθησαν,*
*ἀλλὰ μὴ μόνον ἐπὶ τῇ ἑαυτῶν.*

LIVIA Augusti vxor, mater Tiberij, superbia omnes priores feminas longo interuallo post se reliquit. ipsáque se Tiberio Imperium dedisse ferebat, ideoque non æquata modò potestate cum eo regere, sed priores ipso gerere volebat. Dion lib. 57.

Hæc Augusto venenatas porrexit ficus, vt cunctantem in sene animam citiùs educeret Pompon. Lætus fol. 292.

Cùm è Palatio exiret, magna & grauium & doctorum virorum multitudo eam comitabatur. Macrob. lib. 2. Saturn.

Obiit anno XV. post Augusti decessum, cùm vixisset annis LXXXVI. laudata in funere à Caio pronepote anno Tiberij XVI.

ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί.

Tiberio genus vtrumq. ex Claudiorum gente patricia fuit. Is Romæ nascitur M. Aemilio II. & L. Munacio Planco Coss. patre Tiberio Claudio Nerone, matre Liuia Drusilla Augusta, anno Orbis 3921. v. c. 711. a c. 41. Patricio, vt dictum, genere natus, liberaliterque educatus, ingenij tamen peculiaris & subdoli fuit, mores priuati quales fuerint, significanter ostendit descriptio Theodori præceptoris, cùm nominauit eum lutum sanguine maceratum. Fuit enim ei natura insuauis, ironica, & sæuitiem aliquantisper occultans, impura tamen, sæua, & lupina. sed quoad priuatus vel sub Augusto in Imperiis egit, egregij nominis famæq. fuit. Præter quæsturam quam anno ætatis XXI. capessens obiuit Coss. duos gessit, accepta etiam Tribunicia potestate in quinquennium. Interea regnum Armeniæ Tigrani restituit: signa quæ Crasso ademerat Parthi, recepit. Bella maxima tria gessit, Rhæticum, Pannonicum, & Germanicum; de quibus & ouationem & triumphum retulit: primus quoque triumphalibus ornamentis honoratus Imperium ætatis anno LVI. senex & cæcutiens ingressus est. Vxorem duxit Iuliam Augusti filiam. Drusum fratrem amisit in Germania, quos ambos Augustus adoptauerat. Inter principatus initia moderatè se gessit, spreuit adulationes; titulum Augusti, ac patris patriæ nomen recusauit; & præsidibus onerandas tributo prouincias suadentibus, rescripsit, *Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere.* Aduersus quorundam famosos libellos & conuicia vltionem exposcentibus amicis, In libera ciuitate liberas esse linguas debere respondit. Sæpe etiam illud vsurpauit, Oderint dum probent. Idem precari solitus est tantum sibi vitæ & imperij tempus, quantum Reip. conduceret; postea crudelior factus, violati numinis postulari iussit, qui contra ipsum aut matrem quicquam egissent locutíne essent incommodius.

Vide Dionem li. 57.

πηλὸν αἵματι συμπεφυρμένον.

Vide Plin. & Val. Max.

Ob libidines quibus promiscuè in nobilissimos vtriusque sexus effusus erat, malè audiebat. Moritur Miseni in villa Lucullana LXXVIII. anno nondum expleto, v. c. 789. 17. Cal. April. Imperauit annis XXII. & mensibus ferè VII. Publico funere elatus est, habita oratione in laudem ipsius à Caio.

Vicies septies millies sestertiûm coëgisse Tiberius dicitur, id est, sexaginta sex milliones & quinquaginta millia aureorum coronatorum, quæ omnia Caius non toto triennio absumpsit.

Refert Diodorus Siculus Tiberij tempore 7000. hominum in Ægypto fuisse interfecta, qui erant pro præsidio in quadam ciuitate, eò quòd vnus ex militibus Rom. inter fecisset felem deum Ægyptium, vnde tota ciuitas seditionem mouit, & tot hominum millia fudit. Non temerè mutandos esse publicorum munerum administratores voluit Tiberius. vide Nicephorum fol. 66.

Anno Tiberij XV. v. c. 781. IESVS CHRISTVS filius Dei & hominis incipiens esse annorû quasi XXX. hoc est anno 29. & 13. die ætatis suæ in Iordane à S. Ioanne Baptista baptizatur, discipulos primû cõgregare, pòst prædicare cœpit ad salutem omni credenti. Quadriennio pòst, v. c. 785. Christi 33. Tiberij 19. & mensibus tribus exactis, ante diem VII. Cal. Aprilis pro humana salute cruci affixus est, & tertia die pòst viuus apparuit, Olympiadis 202. anno quarto.

Orbis

Orbis 3950. V. C. 740. I. C. 12.

Æ. CAESAR PARENS PATRIAE.

AVGVSTI F. PONTIFICI. *Iulij & Augusti facies aduersa.*

SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS CAESARI AVGVSTI F. PONTIFICI COS. DESIGNATO PRINCIPI IVVENTVTIS.

*Templum in quo figura stolata stans, vtraque manu gestans infantem cum inscriptione supra,* DIVOS IVLIVS ET DIVI FILI CAESAR AVGVST. *Infrà,* VENERI GENITRICI.

*Tiberij nummus est recenter ab Augusto adoptati in honorem Iulij & Aug. etiamnum viuentis cusus; tum enim erat princeps iuuentutis, & Cos. desig. & pontifex. Templum vtrique à Tiberio constitutum.*

Orbis 3950. V. C. 740. I. C. 12. Cos.

Æ. TI. CAESAR AVG. GERMANIC. IMP. P. M. TR. P. COS.

C. CNATEI FLAC. CN. POMP. FLAC. IIVIR. QVIN.

SAL. AVG. *Caput deæ Salutis.*

*Aur.* TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

DIVOS AVGVST. DIVI F. *Caput Augusti.*

*Arg.* ROMA. *Lupa.*

Æ. CCA IVNAIO LVPO P.R.C. CAESAR.

C. POMPON. PARRA. *Tria signa militaria, seu aquila legionaria in medio duorum sig. militarium.*

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTI NEP.

CLEMENTIAE S. C. *Circulus in quo caput quoddam.*

Orbis 3956. V. C. 746. I. C. 6. Tr. pot. accepit. Cos. II.

*Aur.* TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

*Arg.* PONTIF. MAXIM. *Figura sedens, dextra hastam.*

*Arg.* TI. CLAVD. TI. F. NERO. Q. NONI. SEX. F. ASPRENAS.

*Serpens super ara, iuxta quam ab altera parte spica, altera caduceus.*

SALVS. *Caput Deæ Salutis.*

*Arg.* DRVSVS CLAVDIVS AVGVSTVS.

EX S. C. *Quadrigæ triumphales.*

Æ. TI. CAESAR AVGVSTVS.
DIVVS AVGVSTVS MVNTVR. *Caput Augusti radiatum, fortè Municipium Turiaso. aut potius Munturnum.*

Orbis 3966. V. C. 756. I. C. 4.

Tr.p. VI. Imp. III. Cos. II. *Aur.* TI. CAESAR AVGVSTI F. COS. II. TR. POT. VI.
AVGVR PONT. IMPER. III. *Lituus, guttus, capeduncula.*

Æ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS P. M.
M. IVLIVS SETTAL.
L. SESIT. CELER IIVIR.
C | SAL. | I
I | AVG. | A

Orbis 3967. V. C. 757. I. C. 5.

Tr.p. VII. Imp. III. Cos. II. *Aur.* TI. CAESAR AVG. F. PONT. COS. II. TR. POT. VII. IMP. III.
GERMANICVS CAESAR TI. F. AVG. N. COS. DES.

Orbis 3968. V. C. 758. I. C. 6.

Tr.p. VIII. Imp. IIII. Cos. II. Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR IIII.
PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE VIII. S.C.

Orbis 3969. V. C. 759. I. C. 7.

Tr.p. IX. Imp. IIII. Cos. II. Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR IIII.
PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE IX. S. C.

Orbis 3970. V. C. 760. I. C. 8.

Tr.p. X. Imp. V. Cos. II. Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT. V.
PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE X.
S. P. Q. R. *Templum.*

Orbis 3971. V. C. 761. I. C. 9.

Tr.p. XI. Imp. V. Cos. II. Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR V.
PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE XI. S. C.
ROM. ET AVG. *Duæ columnæ in ædificio quodam, quibus insistunt Victoriæ alatæ, dextra sertum, sinistra palmam tenentes.*

Orbis

Orbis 3972. V. C. 762. I. C. 10. Tr.p. XII. Imp. V. Col. II.

Æ. TI. CAESAR AVG. F. PONT. TR. POT. XII. IMP. V. C. V. T. T.

Æ. TI. CAESAR AVG. F. IMPERAT. V. PONTIFEX TRIBVN. POTEST. XII. S.C.

Orbis 3973. V. C. 763. I. C. 11. Tr.p. XIII. Imp. VI. VII. Col. II.

Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT. VII. AVGVR PONTIF. TRIB. POT. XIII. COS. II. S.C.

Orbis 3974. V. C. 764. I. C. 12. Tr.p. XIIII. Imp. VII. Col. II.

*Aur.* TI. CAESAR AVG. F. TR. POT. XIIII.
*Arg.* IMP. CAESAR AVGVSTVS.

TI. CAESAR AVGVSTI F. TR. POT. XIIII. PONTIFEX IMPERATOR VII. S.C. *Caduceus.*

Orbis 3975. V. C. 765. I. C. 13. Tr. p. XV. Imp. VII. Col. II.

*Aur.* TI. CAESAR AVGVSTI F. TR. POT. XV.
*Arg.* CAESAR AVGVSTVS PATER PATRIAE.

Orbis 3976. V. C. 766. I. C. 14. Tr.p XVI. Imp. VII. Col. II.

Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. TRIB. POT. XVI. PONTIF. COS. II. IMPERAT. VII. S.C.

*Aur.* TI. CAESAR AVGVSTI F. IMP. VII. AVGVR PONTIF. TR. POT. XVI. *Tripus, litum, securis.*

*Interamnæ.*

PROVIDENTIA TI. CAESARIS
AVGVSTI NATI AD AETERNITATEM
ROMANI NOMINIS SVBLATO
HOSTE PERNICIOSISSIMO P. R.
FAVSTVS TICIVS LIBERALIS VI.
VIR. AVG. ITER. P. F. S. C.

*Hoc anno, mortuo Augusto, Tiberius imperium accepit.*

Aur. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
IMP. VII. TR. P. XVI. *Quadriga triumph.*

Æ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. IMP.
C. VIBIO MARSO PROCOS. II.
S. IVNIVS FAVSTVS IIV. *Figura stolata sedens, sinistram in sublime eleuans, dextra pateram, vt videtur* M *vtrimque* M.

Tr. p. XVII. Imp. VII. Cos. II.

Orbis 3977. V. C. 767. I. C. 15.

Aur. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
IMP. VII. TR. POT. XVII. *Quadriga triumphales.*

Æ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP. VII.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XVII. S. C.
*Vesta insidens subsellio, sinistra hastam, dextra pateram.*
MODERATIONI S. C. *Scutum cum corona & simulacro.*
CLEMENTIAE S. C. *Idem cum superiore.*
ROM. ET AVG. *Cum ædificio & victoriis, vt suprà.*
SEGOBRIGA. *In corona quercea.*

Tr. p. XVIII. Imp. VII. Cos. II.

Orbis 3978. V. C. 768. I. C. 16.

Æ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
IMP. VII. TR. POT. XVIII. *Quadriga triumph.*

Tr. p. XIX. Imp. VII. Cos. II.

Orbis 3979. V. C. 769. I. C. 17.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
T. CAECILIO LEPIDO, C. AVFIDIO GEMELLO IIVIR CCA.

IVLIA AVGVSTA CCA. *Vesta, sinistra tenens hastã, dextra paterã, super genu dextro.*

MVNICIP. CASCANTVM. *Taurus in medio.*

MVNICIP. GRAC. CVR. *Taurus in medio.*

C. CELERE C. RECTO IIVIR. M. C. I. *Taurus in medio.*

MVNICIP.
*Taurus habet inter cornua hunc typum* Δ

Orbis 3980. V.C. 770. I.C. 18. Tr.p. XX. Imp. VII. Col. III.

Æ. TI. CAESAR AVGVST. F.
ERCA VICA *In corona quercea.*

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
MVN.
ERCAVICA.
C. COR. FLORO L. CAE. ALACRI IIVIR.

Orbis 3981. V.C. 771. I.C. 19. Tr.p. XXI. Imp. VII. Col. III.

Æ. TI. CAESAR AVGVSTVS PON. MAX. IMP.
AVGVSTA EMERITA COL. *Aedificiũ cũ duab. portis & turribus.*

Orbis 3982. V.C. 772. I.C. 20. Tr.p. XXII. Imp. VII. Col. III.

Æ. TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS.
PONTIF. MAX. COS. III. IMP. VII. TR. P. XXII.
*Duo cornuacopiæ, in medio caduceus.*

Orbis 3983. V.C. 773. I.C. 21. Tr. p. XXIII. Imp. VII. Col. III.

TI. CAESAR AVG. F. IMP. PONT. M.
M. PONT. MARSO
C. MAITECETO IIVIR. *Taurus.*
MV. TVR.

Orbis 3984. V.C. 774. I.C. 22. Tr. p. XXIIII. Imp. VIII. Col. III.

Æ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXIIII. S.C.
SEGOBRIGA. *In medio corona quercea.*
MVN. TVRIASO MV. SVR. LVCAIN.
SEMP. FRONT. *Corona quercea, in medio* IIVIR.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIIII. S.C.
SALVS AVGVSTA. *Caput Deæ Salutis.*
CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. *Vesta insidens subsellio, dextra (pateram, sinistra hastam.*
IVSTITIA. *Caput Deæ Iustitiæ.*
DIVVS AVGVSTVS PATER. *Figura capite radiata sedens, dextra tenens oleam, sinistra hastam, ara ante pedes.*
S.P.Q.R. DIVAE IVLIAE AVGVSTI FIL. *Carpentũ à duab. mulis tractũ.*

Orbis 3985. V.C. 775. I.C. 23. Tr.p. XXV. Imp. VIII. Col. III.

Aur. TI. DIVI F. AVGVSTVS.
TR. P. XXV. *Victoria alata orbi insidens, vtraq. manu lauream tenens, minutus aureus nummulus rariß. apud Illustr. Principem Albertum Bauariæ.*

Tr. p. XXVI. Imp. VIII. Cos. III.

Orbis 3986. V. C. 776. I. C. 24.

TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT.
C. EQ. . . . . . E
M. VA. QVA. . . . IIVIR.
AED. *In corona quercea.*

C. CÆC. SER.
MV. TVR. M. VA. Q VA. IIVIR. *Taurus.*

Tr. p. XXVII. Imp. VIII. Cos. III.

Orbis 3987. V. C. 777. I. C. 25.

Æ. TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS.
AVGVSTA BILBILIS.
TI. ÆLIO SEIANO. *Corona quercea, in qua* COS.
MV. TI. CAESAR F.

NERO CAESAR DRVSVS CAESAR IIVIR. CCA.
*Duæ facies aduersæ, Neronis & Drusi.*

Tr. p. XXVIII. Imp. VIII. Cos. III. Erizz. 194.

Orbis 3988. V. C. 778. I. C. 26.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXIIX. S. C.

TI. AVGVS. DIVI AVGVSTI F. IMP. CAESAR.
C. FV. SPARSO IIVIR. M. C. I. *Taurus.*
SATVRNINO

Tr. p. XXIX. Imp. VIII. Cos. III.

Orbis 3989. V. C. 779. I. C. 27.

*Aur.* TI. DIVI F. AVGVSTVS.
TR. POT. XXVIIII. *Victoria cum corona in manu, globo insidens.*

Æ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP.
NERO ET DRVSVS CAESARES QVINQ. C. VINC.
*Duo capita aduersa.*

Orbis

Orbis 3990. V. C. 780. I. C. 28. Tr. p. XXX. Imp. VIII. Cos. III.

Æ. TI. CAESAR AVG. F. AVGVSTVS IMP.
CLVNIA.
CN. POMP. M. AIO T. ANTO.
M. SERAN. IIVIR. *Taurus.*
M. AEOT. CORMAE.
L. C. K. PRISC. CÆL. CANO. IIVIR. *Taurus.*

Orbis 3991. V. C. 781. I. C. 29. Tr. p. XXXI. Imp. VIII. Cos. III.

Æ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. P. M.
Q. CIV..... A. VIT. IIVIR. *Tria signa militaria.*
*aut* H *aut* I·I. Q. C. NA. LTER. LON. L. PAPAVIT. IIVIR.
IVNCTIO. *Duæ figuræ stolatæ, iungentes dexteras.*

Orbis 3992. V. C. 782. I. C. 30. Tr. p. XXXII. Imp. VIII. Cos. IIII.

Æ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP.
PONTIF. MAX. TR. POT. XXXII. S. C. *Cum temone & globo.*

TI. CAESAR AVG. GERMANIC.
GERM. CAESAR DIVI ..... *Caput Germanici.*

Orbis 3993. V. C. 783. I. C. 31. Tr. p. XXXIII. Imp. VIII. Cos. V.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXIII. S. C.
*Quadrigæ triumphales, sine alia inscriptione.*
VETTIACVS. *Duo signa militaria, in quorum medio aquila.*
CATO IIVIR CCA.

Orbis 3994. V. C. 784. I. C. 32. Tr. p. XXXIIII. Imp. VIII. Cos. V.

*Aur.* TI. DIVI F. AVGVSTVS.
TR. POT. XXXIIII. *Victoria alata orbi insidens, vt superiores duo, minutus ex auro, Alb. principis vterque.*

TI. CAESAR AVG. F. IMP. PONT. MAX.
M. TVR.
C. MAI VEGETO IIVIR. *Taurus.*

PERM. DIVI . . . . . . .
DRVSVS CAESAR NERO CAESAR. *Duæ facies aduersæ.*

Tr. p. XXXV. Imp. VIII. Cos. V.

Orbis 3995. V. C. 785. I. C. 33.

*Aur.* TI. CAE. AVG. P. M. TR. P. XXXV.
*Arg.* DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. COS. II. TR. POT. *Caput Drusi.*
II

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. P. XXXV.
DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. OB CIVES SER. S. C. *Corona quercea, & duo capricorni.*

Æ. T. CAESAR AVGVSTVS PONT. MAX. IMP.
PERM. DIVI AVG. MVNIC. ITAL. *& ara in qua inscriptio,* PROVIDENTIAE AVGVSTI.

Tr. p. XXXVI. Imp. VIII. Cos. V.

Orbis 3996. V. C. 786. I. C. 34.

Æ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.
PONTIF. MAX. TRIBVN. POTEST. XXXVI. S. C.
*Caduceus alatus.*

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVI. S. C.
*Templum pulcherrimum, absque alia inscriptione.*

Tr. p. XXXVII. Imp. VIII. Cos. V.

Orbis 3997. V. C. 787. I. C. 35.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII. S. C.
DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. *Quadrigæ triumphales.*

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVII. S. C. *Caduceus.*
PONTIF. MAX. TR. POT. XXXVII. S. C. *Globus cum temone.*

Tr. p. XXXVIII. Imp. VIII. Cos. V.

Orbis 3998. V. C. 788. I. C. 36.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVIII. S. C.
*Quadrigæ triumphales.*
DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. *Quadrigæ elephantorum.*
*Templum elegantiss. Vide Emblem. Sambuci 236.*

TI. CAE-

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. PONTIF. MAX. TR. POT. XXXIIX. S. C. *Globus cum temone.*

Æ. TI. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Caput Tiberij.* ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Europa tauro insidens.* *Alberti principis nummus.*

*Anno insequente ad XVII. Cal. Aprilis Tiberius moritur.*

# DRVSVS TIBERII
## EX AGRIPPINA F.

φεῦ, φεῦ, παλαιὸς, αἶνος, ὡς καλῶς ἔχει·
οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.

AGRIPPINA M. Agrippæ & Marcellæ filia, neptis Pomponij Attici, vxor Tiberij, ei cùm Drusum peperisset, fuit impulsu Augusti repudiata à Tiberio, quamuis sibi gratissima, & denuò grauida, non sine magna animi perturbatione. Hæc postea nupsit Asinio Gallo, qui propterea à Tiberio interemptus est. Druso porrò vt simplex & minimè fucatum ingenium, sic iracundum & sanguine gaudens fuit. litteras non admodum coluit; vnde & dicendi rudis euasit. Patris bibacitatem egregiè retulit, credo assiduitate crapulæ ad maiorem iracundiam deflexisse, ab acerbitate eius enses præacuti Drusiani dicti sunt, & ipse equiti plaga incussa Castoris nomen reportauit. auctor est Dion. Quæsturā gessit M. Æmilio & T. Statilio Coss. Triennio pòst, missus à patre ad Legiones Pannonicas, quæ post excessum Augusti nunciatum tumultuari cœperant, præmia & missionem flagitantes, motum omnem intra paucos dies composuit, ac ouans vrbem ingressus est. Mox Consulatum iniit cum C. Norbano C.F.C.N. Flacco, V.C.766. sextóq. anno pòst, cùm iam Germanicus frater in fata concessisset, eundem honorem repetiuit, & quidem patris collega nihil amplius dissimulantis quin filium summæ rerum admoueret. proinde Tribuniciam potestatem, petente Tiberio, Senatus illi decreuit. Destinatam ac certam in imperio successionem præcidit illi Seianus æmulus potentiæ, & recenti ira aduersus Drusum efferatus. Nam orto fortè iurgio, Drusus commotior intenderat Seiano manus, & contra tendentis os verberauerat. Ille, quod iam diu molitus erat, cum vxore Drusi communicat. ita fraude & perfidia vtriusque per venenum tollitur, anno V.C.774. principatus Tiberij anno nono.

Dion lib. 57.

A Tiberio adoptatus German.

Orbis

Orbis 3983. V. C. 773. I. C. 21.

DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N.
PONTIF. TRIBVN. POTEST. ITER. S. C.
IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. RESTITV.
S. C.

DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. TR. POT. ITER. S. C.
PIETAS. *Caput Pietatis.*

DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. PONT. TR. POT. II. S. C.
*Facies filiorum ipsius Tiberij & Drusi, duobus cornibus copiæ imposita.*

*Anno insequente obijt Romæ, vel per intemperantiam, vel veneno per Seianum & Liuillam vxorem necatus, homo impuriss. & extremæ sæuitiæ. Dion lib. 57.*

# NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS.

τοιοῦτος ἐστὶν ἕκαστος οἷσπερ ἥδεται ξυνών.

τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

NERO CLAVDIVS filius Tiberij Claudij Neronis Quæstoris, C. Iulij Cæs. Dict. & Liuiæ Drusillæ Augustæ Imp. Augusti coniugis, quam marito Augustus abduxerat, frater Tiberij Claudij Neronis Imp. non minus gloriosi quàm ciuilis animi, intra Penates Cæsaris Augusti natus mense tertio posteaquam inter Augustũ & Liuiam matrẽ celebratę sunt nuptiæ. Adolescens multis magnisq́. virtutibus enituit. Ingenium illius, vt scribit Paterculus, vtrum bellicis magis operibus, an ciuilibus suffecerit artibus, in incerto est. Morum certè dulcedo ac suáuitas, ac aduersus amicos æqua ac par sui existimatio inimitabilis ei fuisse traditur, tum pulchritudo corporis proxima fraternæ. Accepta quæstura cum fratre Tiberio cõtra Rhætos missus est. quo in bello qua fortitudine res gesserit, satis indicat Horatius lib. 4. carm. nunc aquilæ illum, nunc leoni comparans, *Videre Rhæti bella sub alpibus Drusum gerentem & Vindelici diu Lateq́; victrices cateruæ, Consiliis iuuenis reuinctæ.* Post bellum Vindelicum profectus in Gallias censum egit. tumultuantes ob eam rem plerasq. ciuitates compescuit, Liuio teste. Germanos qui Rhenum transierant, cecìdit. quin & ipse traiecto flumine ad Batauorum insulam Sicambros in suis sedibus afflixit. In Amasia, vt auctor est Strabo lib. 7. Bructeros nauali prœlio superauit. Oceanum Septentrionalem primus Rom. ducum ingressus, Frisios in de-

in deditionem accepit, coriis aliquot boum tributi nomine impositis, vt memorat Tacitus lib.4. In terrã tamen Chaucorum delatus, non leue periculum adiit, nauibus refluẽte mari in sicco destitutis, sed ope pedestris exercitus Frisiorum seruatus euasit, auctor Dion. In vrbẽ reuersus Ædilis factus est anno 742. cùm iam prætorios honores obtineret. Primo vere repetita Germania Vsipetes, Tenchteros, Sicambros, Cheruscos, Cattos, aliasque trans Rhenum gentes subegit. Volenti transire Visurgim, cùm penuria commeatus, tum instans hiems obstitit; etiam examen apum in castris conspectũm militum animos, quò minus ducem suum sequerentur, auertit. In reditu ad confluentem Lupiæ & Halizonis castellum erexit, ac item aliud in Cattis iuxta Rhenum, trans Rhenum verò fossas noui & immensi operis effecit, quæ nunc adhuc Drusinæ vocantur, Suetonio in Claudio teste. Ob eas res decretis triumphalibus ornamentis, ouans vrbem ingressus est. Datum etiam vt denuò iturus in hostem, proconsularem potestatẽm obtineret. nam Imperatoris nomen iam exercitus tribuerat, quemadmodũ & fratri, sed appellationis eius numerum Augustus aliquoties auxit. Prætura gesta, cùm interim in annum sequentem, qui fuit v.c. 744. Cos. designatus esset, vt honorẽ illum iniit, multa tristia signa conspecta sunt; quibus ille contemptis, in Germaniam rediit, gentes transrhenanas, Cattos, Cheruscos, Sueuos, & Marcomannos perculit, ad Albim vsque omnia longè latéque populatus. Cupienti flumen traiicere, mulier occurrens amplior humana specie, Quò, inquit, ita festinas insatiabilis Druse? non omnia tibi adire & videre concessum est: sed cede retro, nam & operum tibi & vitæ finis adest. Ille exhorrescens positis trophæis confestim & properanter discedere cœpit, & cùm contra Germanos felicissimè pugnasset, dum victoria insignis opima Germanorum spolia vrbi inferre cuperet, in itinere, priusquam Romam rediret, latere concusso, cùm equus super eum cecidisset, vt ait Liuius, extinctus est, anno ætatis 30. v.c. 744. quamuis morbo concidisse asserat Sueton. alij veneno arbitrantur. Ei Senatus inter alia complura marmoreum arcum cum trophæis via Appia decreuit, & Germanici cognomen ipsi posterisque eius, vt auctor est Suetonius. Putant quidam circa Moguntiam obiisse, propter honorarium tumulum ibidem à militibus congestum (circa quem deinceps statuto die quotannis miles decurreret, Galliarumque ciuitates publicè sacrificarent) eum Drusi monumentum fuisse litteratiores testantur. promiscuum vulgus hodie etiamnum Glandis lapidem, à figura quam nunc quoque refert, appellat, olim pyramidalem obtinuisse complures opinatos scribit Ioan. Huttichius in Collectaneis antiquitatum vrbis & agri Moguntini, & P. Appianus in antiquitatibus suis. Corpus eius à Tiberio fratre qui nuncio valetudinis euocatus raptim occurrerat, Romam reuectum, cingentibus lectum Claudiorum & Iuliorum Imaginibus, in Campo Martio crematum est. cineres Augusti tumulo illati.

Vide Eutropium.

Eius typus in aureis nummis Moguntię repertis.

Inter Salã & Rhenũ occubuisse testatur Strabo lib.7.

Orbis 3953. V. C. 743. A. C. 9.

Æ. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP.
TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR. P. IMP. P.P. S.C.
*Figura insidens subsellio, dextra tenens ramum oleæ aut lauri.*

Cos. Imp. II. & III.

Orbis 3954. V. C. 744. A. C. 8.

*Aur.* NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP.
DE GERM. *Arcus triumph. cum duobus trophæis, & figura equestri decurrente.*

*Arg.* RHENVS. *Typus Rheni fl.*

## ANTONIA DRVSI GERM.

ANTONIA M. Antonij IIIuiri & Octauiæ maioris sororis Augusti filia, vxor Drusi, femina honestissima & continentissima, ob temperantiam, castitatem, fidem, amorem in virum, caritatem in nepotes, humanitatem in amicos, maximam laudem meruit. abstemia fuit, nunquam spuit. Mortuo marito nulli amplius nubere voluit, sed cum socru Liuia dormire consueuit, eodémque lecto fruens vidua consenuit, super quo Drusus iuuenis interierat. tandem veneno à Caio nepote necatam asserunt; alij mærore confectam scribunt, cùm se desertam ab illo contemptámque videret.

*Aur.* ANTONIA AVGVSTA.
SACERDOS DIVI AVGVSTI. *Figura muliebris stans, dextra veluti hastam, sinistra cornucop. Videtur nummus hic à Caio in honorem auiæ percussus; nam in auiam Antoniam multa pietate vsus est. hanc Augustam statim & sacerdotem Augusti fecit, omnésque Vestalium honores tribuit. postea quòd esset ab ea verbis correptus, ad voluntariam mortem compulit. Dion.*

Caij Imp. in Antoniã auiam & pietas & impietas.

CONSTANTIAE AVGVSTI.
TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. S.C.
*Figura stolata stans, dextra simpullum tenens.*

DRVSI EX ANTONIA LIBERI:
- GERMANICVS. *Tiberij Neronis Imp. f. adoptiuus.*
- LIVILLA, *quæ &* LIVIA DRVSILLA, *vxor primùm Caij M. Agrippæ F. dein Drusi Tiberij F.*
- CLAVDIVS, *qui postea Imperator.*

GERMA-

# GERMANICVS.

GERMANICVS fuit & corporis forma, & animi bonis, institutionéque iuxtà ac robore, clementia, & modestia præstantissimus; Neronis Claudij Drusi Germ. F. Is sæpenumerò cùm Imperium adipisci posset, aspernatus est. Obiit Antiochiæ, Cn. Pisonis & Plancinæ fraude, aut, vt alij, Tib. Cl. Neronis & Liuiæ, anno ætatis 34. Vide integram eius historiam ex Suetonio, Tacito, Plinio, Iosepho & Dione descriptam, apud Ioan. Glandorpium in descript. gentis Iuliæ, fol. 162.

Orbis 3979. V. C. 769. I. C. 17. — Triũphus de Cheruscis, Cattis, & Angrinariis.

GERMANICVS CAESAR.
SIGNIS RECEPTIS DEVICTIS GERMANIS S. C.
GERM. CAESAR TR. PO. III.
C' CAESAR AVG. GERMANICVS. *Caput Caij.*

Orbis 3980. V. C. 770. I. C. 18. — Cos. II.

GERM. CAES.
COLONIA PATRICIA.

GERMANICVS CAESAR C. CAESARIS PATER.
SCIPIONE ET MONTANO IIVIR CCA.

GERMANICVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N.
C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. MAX. TR. POT. S. C.
C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. III. P. P. S. C.
C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P. S. C.
TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C.

GERMANICVS CAES. P. C. CAES. AVG. GERM.
C. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT.
C. CAESAR AVG. PONT. MAX. TR. P. IIII. COS. IIII.

# AGRIPPINA GERMANICI.

AGRIPPINA M. Agrippæ filia, & Iuliæ Augusti ex Scribonia filiæ, Augusti neptis, Tiberij nurus, Germanici vxor, mater Caij. Hãc Germanicus vitę finem imminere sentiés, per sui memoriam perq. cõmunes liberos obtestatus, ferociam exueret, néue æmulatione potentiæ validiores irritaret, paulò pòst extinguitur.

AGRIPPINA M. F. MAT. C. CAESARIS AVG.
MEMORIAE AGRIPPINAE S. P. Q. R. *Biga mularum.*

AGRIPPINA M. F. GERMANICI CAESARIS.
TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P.M. TR.P. IMP. P.P. S.C.

*Romæ in marmore.*
OSSA
AGRIPPINAE M. AGRIPPAE.
DIVI AVG. NEPTIS VXORIS
GERMANICI CAESARIS.
MATRIS C. CAESARIS AVG.
GERMANICI PRINCIPIS.

## CAIVS.

*οὐδεὶς ἀνθρώπων ἑκὼν ἄρχεται, ἀλλ' ἐφ' ὅσον μὲν φοβεῖται, θεραπεύει τὸν ἰσχυρότερον· ὅταν δὲ δὴ θαρσήσῃ, τιμωρεῖται τὸν ἀσθενέστερον.*

Tiberio Caius successit, Antij natus, patre suo Germanico, & C. Fonteio Capitone Coss. v.c. 764. matre Agrippina. Is Tiberij testamentum quo Tiberium nepotem adoptauerat, irritum fecit, eumque imperio exutum, pòst adoptatum sibi, occidit. Imperium ingressus thesauros maximos breuissimo tempore exhausit: nam vicies ter millies sestertiûm & trecenta insuper sestertia cùm accepisset in thesauris, nullam eius summæ partem in tertium annum seruauit. Sese adorari voluit, statuam suam misit collocandam in templum Hierosolymæ. Adulteriis fuit inquinatissimus, tres suas sorores stuprauit, libidines Tiberij & parricidia non modò imitatus, sed etiam excessit, multos Senatores & alios crudeliter interfecit, dicens, Oderint dum metuant. Conatus est abolere Homerum, Virgilium, & libros Iureconsultorum. Cùm tribus annis, mensibus nouem, diebus viginti octo, nefanda & perniciosissima quæque peregisset, tandem à Cassio Cherea & coniuratoribus in angiportu trucidatus est, triginta vulneribus confossus, atque vnà vxor & filia, cùm vixisset annos 28. menses 4. dies 25. Senatus Romanus eius memoriam ægrè ferens, omne æreum numisma, quod eius imaginem haberet, conflari iussit; id quidem factum, non tamen æs in meliorem vsum commutatum: nam Messallina ex eo Mnesteris histrionis statuas fecit, hanc ei suæ consuetudinis gratiam referens. Vide Dionem lib. 59. & Glandorpium fol. 178. descript. gentis Iuliæ.

Vide supr. in Tiberio.

Nota de raritate nummorum Caij.

Orbis.

Orbis 3999. V. C. 789. I. C. 37. Tr.p. Cos.

Aur. C. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT.

Arg. DIVVS AVG. PATER PATRIAE. *Caput Aug. corona radiata.*

Arg. PAX AVGVSTI. *Duæ figuræ stantes, altera Imp. altera militaris, iungentes dexteras.*

Aur. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. MAX. TR. POT.
AGRIPPINA MAT. C. CAES. AVG. GER.

P. P. OB CIVES SERVATOS S. C.
S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS.
ADLOCVTIO COHORT. *Adlocutio cum sex figuris.*
VESTA S. C. *Vesta insidens subsellio, dextra pateram, sinistra hastam.*
DIVO AVG. *Tres figuræ immolantes bouem.*

Arg. C. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT. COS.
*Caput Iulij seu Augusti cum corona rostrata, & duabus stellis.*

C. CAESAR AVG. GERMANICVS.
C. C. A. *Vasa pontificalia.*

C. CAESAR AVG. GERMANICVS IMP.
LICINIANO ET GERMANO IIVIR C. C. A. *Colonia deducta.*
SEGOBRIGA. *In corona quercea.*
MV. AVG. BILBIL. C. COR. M. . . . . REF.
C. M. HELV. FRONT. IIVIR *in medio corona quercea.*

*Hoc anno Caius Cos. & Tr. p. cum Imperio accepit.*

Orbis 4000. V. C. 790. I. C. 38. Tr.p. III.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. MAX. TR. POT. S. C.
NERO ET DRVSVS CAESARES. *Duæ equestres figuræ decurrentes.*

C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.
AGRIPPINA. DRVSILLA. IVLIA.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS IMP. PATER PATRIAE.
TITVLLO ET MONTANO IIVIR CCA. *Colonia deducta typus. Colonus cum boue & vacca.*

Tr.p.III.
Cos.II.

Orbis 4001. V.C. 791. I.C. 39.

*Arg.* C. CAESAR AVG. PON. MAX. TR. P. III.
DIVVS AVG. PATER PATRIAE.

*Æ.* C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P.M. TR. P. III. P. P.
ADLOCVT. COH. *Imp. alloquitur cohortes militares.*
NERO ET DRVSVS CAESARES. *Vt superior.*
S. P. Q. R. P. P. OB CIVES SERVATOS. *Corona quercea.*

Tr.p.III.
Cos.III.

Orbis 4002. V. C. 792. I. C. 40.

*Aur.* C. CAESAR AVG. PON. M. TR. POT. III. COS. III.
*Arg.* S. P. Q. R. P.P. OB C. S. *In corona quercea.*
*Aur.* AGRIPPINA MAT. C. CAES. AVG. GERM.

C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. S. C. *Pileus libertatis.*
PON. M. TR. P. III. P. P. COS. TERT. R.C.C.

Tr.p. IIII.
Cos. IIII.

Orbis 4003. V. C. 793. I. C. 41.

*Arg.* C. CAESAR AVG. PONT. M. TR. P. IIII. COS. IIII.
GERMANICVS CAES. P. C. CAES. AVG. GERM.

C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P.
VESTA. S. C. *Vesta insidens subsellio, dextra pateram.*
C. CAESAR AVG. GERMANICVS P. M. TR. POT. PIETAS.
DIVO AVG. S. C. *Sacrificium.*
C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P. PIETAS.
DIVO AVG. S. C. *Vt superior.*

*Hoc anno IX. Cal. Febr. Caius occisus est, cùm ferè quadriennio imperasset.*

CLAV-

# C L A V D I V S.

*οἱ ἀφανεῖς τὸ γένος προσποιήσαιντο μὲν ἂν ἴσως καλοκαγαθίαν· τὸ δ' ἀγεννὲς αὐτῶν, σύμφυτοί τινες εἰσὶν ὅτι φαυλότητες ἐξελέγχουσιν. οἷς δὲ προγονικὰ τῆς ἀρετῆς σπέρματα ἄνωθεν ἐγγεγένηται, τούτοις οὐχ οἷόν τε ἀκέραιον τὴν ἀρετὴν οὐ μὴ διαφυλάττειν εἰς ἀεί.*

TIBERIVS Claudius Germanici frater Lugduni naſcitur, Iulo Antonio & Q. Fabio Max. Afr. Coſſ. v.c.743. patre Druſo Germanico, matre Antonia. Annum agens 50. regnare cœpit, à prætorianis militibus è latebris extractus: ac primus Imperium mercatus eſt, promittens ſingulis militibus quatuor dena ſeſtertia. Hic fuit deſpectiſſimus infans, hebes & ſtolidus, adoleſcens tandem in ſtudiis eloquentiæ eò proceſſit, vt hiſtorias ſcripſerit; qua in re magiſtrum habuit Liuium: ſed fatuitas eius multipliciter exagitata eſt, cùm præcipuè regeretur à libertis, quorum ingentia furta & ſycophanticam populus deteſtabatur. Edictum propoſuit, vt vberi vinearum prouentu bene dolia picarentur. Iudæos & Chriſtianos Roma expulit: Germanorum legatis in Orcheſtra ſedere permiſit, nihilo deteriorem virtutem ſuam prædicantibus quàm Parthorum & Armeniorum in Senatu ſedentium. Agrippinam Germanici fratris ſui filiam duxit in vxorem per inceſtum. Riſus ei fuit indecens, ſpumantibus labris, humentibus naribus, caput in quantulocumque actu vel maximè tremulum, quod Agrippina tandem in cælum conſcendere iuſſit, porrecto ei boleto veneno infecto, conſcio Nerone, qui ſucceſſit. Imperauit annos XIII. menſes VIII. dies XX. Obiit ætatis anno LXIIII. Vide Sueton. & Glandorp. 205.

550. Coronatos Gall.

Orbis 4003. V. C. 793. I. C. 41.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Tr. p. Coſ.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMAN. IMP. S. C. *Arcus triumphalis cum figura equeſtri, tropbæum hinc inde.*

EX S. C. OB CIVES SERVATOS. *Corona ciuica.*

SPES AVGVSTA S. C. *Spei typus.*

CERES AVGVSTA S. C. *Figura ſedens, dextra ſpicas, ſiniſtra haſtam.*

LIBERTAS AVGVSTA S. C. *Libertatis typus cum pileo.*

CONSTANTIAE AVGVSTI S. C. *Conſtantiæ typus, figura galeata, ſiniſtra haſtam tenens, dextram in ſublime attollens.*

S. C. *Minerua ſtans, dextra pilum, ſiniſtra ſcutum.*

*Ant.* TI. CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT. P. P. AGRIPPINAE AVGVSTAE. *Caput Agrippinæ pulcherr.*

Orbis

Tr.p. II. Orbis 4004. V. C. 794. I. C. 42.
Cos. II. *Aur.* TI. CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P.
Imp. III. *Arg.* CONSTANTIAE AVGVSTI. *Figura insidens subsellio, dextrum*
IIII. *manum attollens. Constantia sedentis typus, cùm alias stans reperiatur.*
PRAETOR RECEPT. *Duæ figuræ iungentes dexteras.*

*Aur.* TI. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TRIB. POT. P. P.
*Arg.* NERO CLAVD. CAES. DRVSVS GERM. PRINC. IVVENT.
*Facies Neronis Claudij Drusi.*

*Æ.* TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. *Bilanx, sub qua* P. N. R.
PON. MAX. IMP. COS. DES. IT. S. C. *Minutum æreum.*
VALER. MESSALL. AVG. *Caput Messallinæ.*

*Rauennæ ad portam auream.*
TI. CLAVDIVS DRVSI F.
CAESAR AVGVSTVS GER-
MANICVS PONT. MAX. TRIB.
POT. II. COS. DESIG. III. IMP.
III. P. P. DEDIT.

Tr.p. III. Orbis 4005. V. C. 795. I. C. 43.
Cos. III. *Aur.* TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P.
Imp. V. *Arg.* DE GERMANIS. *Arcus triumph. vt suprà in Druso.*

Tr.p. IIII. Orbis 4006. V. C. 796. I. C. 43.
Cos. III. *Aur.* TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. IIII.
Imp. VI. IMPER. RECEPT. *Castra prætoria.*
VII. PACI AVGVSTAE. *Pacis typus, figura alata stans, dextram collo admouens, cum serpente.*

*Romæ in porticu ædis S. Gregorij ad velum aureum.*
TEMPORIBVS CLAVDII TIBERII FACTA
HOMINVM ARMIGERORVM OSTEN-
SIONE IN ROMA SEPTIES DECIES CEN-
TENA MILIA LXXXXXLVII. MIL. X.
*Vide Antiquit. Petri Appiani fol. 193. & 289.*

Orbis

Orbis 4007. V. C. 797. I. C. 44. Tr.p.V. Cos. III. Imp.VIII. IX. X.

*Arg.* TI. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙ ΣΕ. ΓΕΡ. . . . ΔΗΣ.
*Caput Augusti cum septem stellis. rarus Alb. princ.*

*Ingens fames hoc anno per vniuersam Europam & Asiam cœpit, quæ aliquot annos perseuerauit, vt constat ex historiis & Actis Apost. cap. XI.*

Orbis 4008. V. C. 798. I. C. 46. Tr.p.VI. Cos. III. Desig. IIII. Imp. XI. XII. XIII.

*Aur.* TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. VI. IMP. XI.
PACI AVGVSTAE. *Post victoriam Britannicam.*
S. P. Q. R. P. P. OB C. S. *In corona quercea.*

*Arg.* IMPER. RECEPT. *Castra prætoria.*

*Æ.* TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. *Vas quoddam frumentarium.*
PON. M. TR. P. IMP. P.P. COS. III.

*Roma in ductu Aquæ Virginis.*

TI. CLAVDIVS DRVSI F. CAES. AVGVSTVS GERMAN. PON. MAX. TRIB. POT. V. IMP. XI. P.P. COS. DESIG. IIII. ARCVS DVCTVS AQVAE VIRGINIS. DISTVRBATOS PER C. CAESAREM A FVNDAMENTIS NOVOS FECIT AC RESTITVIT. Fortè VI.

Orbis 4009. V. C. 799. I. C. 47. Tr.p.VII. Imp.XIIII. Cos.IIII.

*Claudius primus post Augustum ludos seculares VI. ipso IIII. & L.Vitellio III. Coss. quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tẽpori reseruatos, fecit. Anno hoc vel insequẽte.* Ludi sæculares VI.

*Ludi sæculares VI. ex S. C. facti.*

Orbis 4010. V. C. 800. I. C. 48. Tr. p.VIII. Imp. XV Cos.IIII.

*Arg.* TI. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. . . . . . .
NERO CLAVD. CAES. DRVSVS GERM. PRINCEPS IVVENT.

Orbis 4011. V. C. 801. I. C. 49. Tr.p.IX. Cos.IIII. Imp. XVI.

*Aur.* TI. CLAVD. CAESAR AVG. P.M. TR. P. VIIII. IMP. XVI.
S. P. Q. R. P. P. OB C. S. *Corona quercea.*

*Arg.* DE BRITANN. *Arcus triumph. cũ equestri fig. decurrente, & 2. trophæis.*

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

P. P. OB CIVES SERVATOS. — EX S. C. OB CIVES SERVATOS.

Tr.p. X. Cos. V. Imp. XVII

Orbis 4012. V. C. 802. I. C. 50.

Tr.p. XI. Cos. V.

Orbis 4013. V. C. 803. I. C. 51.

*Arg.* TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. XI. IMP. P. P. COS. V.

PACI AVGVSTAE. *Dea Pax alata, sinistra caduceum cum serpente, dextram collo admouens.*

S. P. Q. R. P. P. OB C. S. *Corona quercea.*

Tr.p. XII. Cos. V. Imp. XXVII. XXVIII.

Orbis 4014. V. C. 804. I. C. 52.

Æ. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

AQVAS
CLAVD. EX FON.
TIB. QVI VOCA
BANTVR CAERVL ET
CVRT. A MILL. XXXV.
ITEM ANIENEM
NOVAM A MILL. LXII.
S. IMPENS. IN VRB.
PERDVC. CVR.

*In corona quercea pulcherr. & rariß. Alb. princ.*

Vide Sueton. in Claudio. In publicis operib. excitandis, edendisque spectaculis magnificus fuit.

*Roma in Auentino.*

Vide Iacobi Stradæ imag. Imp. fol. 28.

In nūmo æreo est XXXV.

TIBERIVS CLAVDIVS DRVSI F. CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS PONTIF MAXIM. TRIBVNICIA POTESTATE XII. COS. V. IMPERATOR XXVII. PATER PATRIAE AQVAS CLAVDIAM EX FONTIBVS QVI VOCABANTVR CAERVLEVS ET CVRTIVS A MILIARIO XXXXV. ITEM ANIENEM NOVAM A MILIARIO LXII. SVA IMPENSA IN VRBEM PERDVCENDAS CVRAVIT.

Roma.

*Romæ in porta maiori apud S. Crucem in Hierusalem.*

IMP. D. CLAVDIVS DRVSI F. CAES. AVG. GERMAN. PON. MAX. TRIB. POT. XII. COS. V. IMP. XXVIII. P. P. AQVAS CLAVDIAM EX FONTIBVS QVI VOCABATVR CAERVLEVS ET CVRTIVS A MILIARIO XXXXV. ITEM ANIENEM NOVAM A MILIARIO LXVII. SVA IMPENSA IN VRBEM PERDVCENDAS CVRAVIT.

Vide antiquit. Petri App. fol. 196. In superiore inscript. XXVII. In nůmo & superiore inscript. LXII.

*In id opus Claudij erogata sunt talentûm sexaginta millia, cuius calculum Budæus ponit auri millionem, trecenta insuper & octoginta quinque millia coronatorum, & quingentos coronatos.*

Orbis 4015. V. C. 805. I. C. 53.

Tr.p. XIII. Cos. V.

Æ. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. *Figura stolata stans, dextra ramum lauri aut oleæ protendens in sublime, sinistra stolam leuans.*

Orbis 4016. V. C. 806. I. C. 54.

Tr.p. XIIII. Cos. V.

*Aur.* DIVVS CLAVDIVS AVGVSTVS.
EX S. C. *Quadriga.*

*Hoc anno ad III. Idus Octobris Tib. Cl. Aug. Germ. moritur, anno ætatis 64. Imperij 14. vir natura sæuus & sanguinarius, alioqui timidus, & ad omnia pauidus, profusissima in feminas libidinis, aleæ studiosus, veneno necatus ab Agrippina vxore. Hinc illud Iuuen. Satyra 6.*
*Illa senis tremulúmque caput descendere iussit*
*In cælum, & longam manantia labra saliuam.*

TI. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.
ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Patera magna.*

TI. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙϹ. ϹΕΒΑϹ. *Claudij caput.*
ΑΥΤΟ. ΕΤΑ. *Figura statuaria cum barba prolixa.*

ΑΥΤΟΚΡΑ.
ΛΑ. *Dextra nuda tenens tria papauera, & duas spicas.*

ΚΛΑΥΔΙΟϹ ΒΑϹΙΛ ΗΡΩΔΗϹ ΦΙΛΟϹ. *Caput Claudij.*
ΚΛΑΥΔ.
ΙΩ ΚΑΙΣΑ
ΡΙ ΣΕΒΑΣ
ΤΩ. Ε.Τ.Γ. *In corona laurea.*

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ.
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ.
*Diana gradiens cum ceruo, dextra Dianæ polymammæ simulachrum, sinistra Victoriolam tenens.*

ΤΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ
ΥΠΙΟΥ ΑΛΝΤ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΜΑΚΕΔ. *Figura stolata stans, dextra temonem cum globo, sinistra cornucopiæ.*
ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΡΟΥΦΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΠΑΤΡΗ.
*Caput femininum velatum.*

*Isti nummi omnes reperiuntur depicti in picturis Illustriss. principis Alberti Bauariæ ducis.*

## AGRIPPINA CLAVDII.

*Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quàm fama potentiæ non sua vi nixa.*

IVLIA Agrippina, Germanici Cæsaris & Agrippinæ neptis Augusti filia, Augusti proneptis, Caij soror, Neronis mater, Tiberij Claudij Imp. coniux, vnicum humanæ felicitatis ad hunc diem exemplum Plinio commemoratur: quippe patre Imperatore nata, & soror & vxor & mater rebus Romanis imperantium enituit. Hæc primùm Cn. Domitio in matrimonium tradita, susceptóque filio post mortem eius, cessit in matrimonium Passieni Crispi, tandem defuncta Messallina, partim studiis Pallantis, partim suis illecebris patrui coniugium obtinuit. quod etsi incestum ad id tempus habebatur, arte tamen P. Vitellij perfectum est, vt à S.P.Q.R. eiusmodi nuptiæ probarentur. Agrippina nihil humile sentiens, totam illico ciuitatem ad se suáque imperata conuertit, coniugium Octauiæ, cuius nouerca erat (Claudij nimirum ex Messallina filia, Britannici soror) & adoptionem Neroni filio, sibi verò nomen & appellationem Augustæ citra negotium impetrat. Iam & sociis & exteris nationibus vim suam ostẽsura, in oppidum Vbiorum, vbi genita erat, quamque gentem auus Agrippa Rhenum transgressam in fidem acceperat, veteranos coloniámque deducit, Agrippinámque vocat; nec his satiata, signis Romanis præsidere femina, carpento in Capitolium vehi, quod solis sacerdotibus concessum, non extimuit. Claudio naualis prœlij spectacula edenti, ipsa chlamyde ex auro texta assedit, quemadmodum auctores sunt Plinius lib. 33. cap. 3. & Cornelius Tacitus historiæ Augustæ lib. 12 Hæc etsi ambitionem

tionem immodicam, ac ingens regnandi ſtudium arguerent; attamen in principe femina, & quæ ſe parti à ſuis maioribus Imperij ſociam vellet, ferri poterant: ſed interim impotentis animi mulier, opibus aliorum inhiare, cædibus procerum & propinquorum inſiſtere, ſeque vulgare libertis non deſtitit; quibus flagitiis compertis, Claudius, quem iam adoptionis pœnitere cœperat, per temulentiam, fatale ſibi eſſe ait, vt coniugum flagitia ferret, deinde puniret: tum territa Agrippina, ſimulatq. leui ægritudine correptus eſt Claudius, occaſionem eam non negligendam rata, venenum comparat, adiuuante Locuſta quadam, veneficij damnata, venenóq. cibo boletorum infuſo Claudium perimit. Id facinus poſtea adeò innotuit, vt Nero boletos cibum deorum appellare ſit ſolitus, & ad Claudij deificationem Iuuenalis ſcripſerit:

*Vilibus ancipites fungi ponantur amicis,*
*Boletus domino, ſed qualem Claudius edit.*
*Ante illum vxoris, poſt quem nihil amplius edit.*

Euecto ad Imperium filio, ſi vnquam aliâs, tum primùm dominationis cupidine flagrare cœpit. Senatu in Palatium vocato, diſcreta velo aſſidebat, ſingulorum ſententias obſeruans. Legatis Armeniorum cauſam gentis apud Neronem orantibus, aſcendere ſuggeſtum Imperatoris & præſidere ſimul parabat, niſi à proximis admonitus Nero venienti matri occurriſſet, ſpecie pietatis conatibus eius eluſis. His rebus offenſo Nerone, & quia ſæpe acerbius ipſam obiurgabat, terrorem & minas de Britannico intentans, magna parte potentiæ exuitur à filio, remouentur ab ea militares excubiæ, & cuſtodes Germani, ſeponitur in aliam domum, ne cœtu ſalutantium frequentaretur: ita ſtatim ab omnibus deſeri cœpta. Tradunt nonnulli cupiditate retinendæ potentiæ, filio ſui copiam & inceſtum obtuliſſe. At Nero vitatis eius ſecretis congreſſibus, quòd prægrauem ſibi iudicaret, interficere conſtituit. Impoſita igitur naui fallaci & ſolutili, vt in mari mergeretur, vbi nando periculum hoc euaſit, immittuntur percuſſores, quorum vno ſtringente ferrum, vterum ipſa protendens, ventrem feri, exclamauit; & adiiciens, Hic eſt, hic eſt feriendus ferro, monſtrũ qui tale tulit. Hac edita voce poſt multa vulnera triſtem animam reddit. Sunt qui tradant Agrippinam huius fati ſui non ignaram fuiſſe, idque ex vaticinio cuiuſdam mathematici, qui conſultus ab ea de fortuna filij, cùm ex aſtrorum ſcientia reſpondiſſet, fore quidem vt imperaret, ſed matrem occideret; fertur illa velut amens exclamaſſe, *ἀποκτεινήτω με, μόνον βασιλευσάτω*. Periit principatus filij anno quinto; v. c. 810.

*Arg.* AGRIPPINAE AVGVSTAE.
VENVS CAELESTIS. *Venus ſtans, dextra pomum, ſiniſtra haſtam tenens. Conſtant. Laudus* 144.

Britannicvs Tiberij Claudij ex Valeria Messallina, quam tertio loco duxerat vxorem, filius, natus est vigesimo die Imperij, in secundo patris consulatu, cognomine à deuictis Britannis indito, cùm antea Germanicus vocaretur. Eum paruulum etiam tum & militibus pro concione manibus gestans, & plebi per spectacula gremio, aut ante se continens pater assiduò commendabat, faustisque ominibus acclamantium turba prosequebatur. postea tamē ab Agrippina ita immutatus est Claudius, vt adoptatum Neronem filio præponeret, non sine multorum reprehensione. Nero simulatque Imperium adeptus est, fratrem postremum Claudiorum sanguinem veneno sustulit, v. c. 806. Facinus id principatus noui primum etsi prudentes ac cordatos homines fallere non potuit, tamen liuoribus & maculis, quas toto corpore venenum excitarat, abundè proditum est. Nero ad contegendas eas corpus gypso lini iussit. verùm cùm id efferretur, decidente copioso imbre detersum est tectorium, & sceleris immanitas omnibus patuit.

Orbis 4015. v. c. 805. i. c. 53.

Æ. . . . . . . ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ. *Facies Britann. admodū iuuenilis.*
ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΕΤΙΜΙΝΑΙΟΥ. ΒΑΛ. . . . ΝΚΟ.
*Dimidiata nauis. Hunc vnicum Britannicum vidi apud Illustriß. Albertum Bauariæ principem.*

# NERO.

πονηροκεφάλυμαι.
τὸ τεχνίον πᾶσα γαῖα τρέφει.

Nero Romæ nascitur, Cn. Acerronio Proculo, & C. Pontio Nigrino Coss. Cn. Domitio Ahenobarbo patre, Iulia Agrippina Germanici filia, matre. In eius genitura multa & formidolosa acciderunt; quare misit Messallina vxor Claudij, qui eum strangularent; sed illi dracone è puluino prolato fugiebant, & postea deprehensæ sunt circum ceruicalia serpentis exuuiæ. Vndecim annorum à Claudio est adoptatus, & Annio Senecæ tunc Senatori in disciplinam traditus. Anno ætatis 17. Imp. fit à militibus, cùm promisisset eis tantundem pecuniæ, quantum Claudius dederat. Cæsar factus cùm de supplicio cuiusdam capite damnati, vt ex more subscriberet, admoneretur, Quàm vellem (inquit) nescire litteras. In Achaia Isthmum perfodere aggressus est, & rastello humum primus perfossum, humeris extulit. Valde prodigus fuit, & nullam vestem bis induit, piscatus est reti aureo, purpura funibus nexis, & soleis mularū argenteis profectus est cum vxore Poppæa. Agrippinam matrem increpantem grauiter tulit, cui Baias eam euocanti lacunar frustra laxauit,

uit, corrupto nauigio, inde tamen enatauit; deinde occidi eam iussit; quam cùm dissecarent astitit, & quædam membra vituperauit, quædam laudauit, inquiens, οὐκ ᾔδειν ὅτι οὕτω καλὴν μητέρα εἶχον. Duas item coniuges, Octauiam & Poppæam, & multos præstantes viros interfecit, & inter hos Senecam præceptorem, cùm priùs persanctè iurasset, periturum se potius quàm ei nociturum. Exercuit magnam sæuitiam in Christianos, hac occasione, quòd cùm magna pars vrbis incendio periisset, quod ipse volente eius familia direptionum causa excitauerat, falsò dixit auctores esse Iudæos, quo nomine tunc & Christianos comprehendebant. Ipse quoque aliquando vrbem incendit, pertæsus antiquorum ædificiorum. arsit quicquid memorabile ex antiquitate durauerat. quod incendium è turri Mæcenatis prospectans, lætus halosin Ilij decantauit Scenico habitu. Senatum vniuersum veneno necare, & vrbem à Gallis incendi permittere voluit. tandem audita contra eum Galbæ defectione, collapsus & animo fractus, diu sine voce iacuit. posteà caput conuerberauit, & vestem scidit, præteritorum veniam in foro precari voluit, sed timuit ne, priusquam illuc veniret, discerperetur. Cùm Galbæ exercitus superueniret, monitus vt specum egestæ arenæ subiret, negauit se viuum sub terram iturum, militibus ad supplicium eum quærentibus, ferrum iugulo adegit, iuuante Epaphrodito à libellis. Prodiit aliquando sine cinctu & discalceatus, imitari volens facta Herculis, leone ad eam rem comparato, & Romam appellandam Neropolim, & mensem Neroneum. Interitum eius lauri, quæ à Liuia plantatæ fuerant, & genus albarum gallinarum, quæ antè occiderant, non obscurè denunciarunt. Xiphilin. 527.

Vide Glãdorp. fol. 235.

A Vindice & Rufo cõiuratione facta.

Orbis 4015. V. C. 805. I. C. 53.

*Aur.* NERO CLAVD. CAES. DRVSVS GERM. PRINC. IVVENT.
*Arg.* SACERD. COOP. IN OMN. CONL. SVPRA NVM. EX S. C.

*Neronis Cæsaris nummus est, atque, vt ex Tacito constat, XVIII. annorum cùm proconsulatum extra vrbem obtinuisset, simul Princeps iuuentutis fuit dictus. Drusi quidem vox suspicionem de altero Claudio facilè obiecerit, sed scimus ex aliis quoque ipsum hoc cognomen à patre adhibuisse. Alter verò numquam Cæsar, sed Imperator in nummis scribitur.*

*Ante Imperium adquisitum, statim post adoptionem.*

Orbis 4016. V. C. 806. I. C. 54.

Tr. pot. cũ Imperio accepit.

*Æ.* NERO CLAVD. CAE. AVG. GERM. *Basis cum scuto.*
P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. *Cum ramo lauri & noctua; minutus nummus.*
*Eadem inscript. Apollo citharam pulsans.*

Tr.p. II. Cos. design.

Orbis 4017. V. C. 807. I. C. 55.

*Aur.* NERONI CLAVDIO DRVSO GERM. COS. DESIG.

*Arg.* EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENT. *In medio clypeo.*

*Tacitus lib.* XII. *de Nerone à Claudio iam adoptato: Et Cæsar adulationibus Senatus liberis cessit, vt vicesimo ætatis anno Consulatum iniret, atque interim designatus proconsulare Imperium extra vrbem haberet, ac princeps iuuentutis appellaretur.*

*Arg.* NERO CAESAR AVGVSTVS.

VESTA. *Templum Vestæ.*

*Aur.* SALVS. *Dea Salus insidens subsellio, cum patera in dextra.*

*Arg.* IVPPITER CVSTOS. *Iuppiter insidens subsellio, cũ fulmine dextra.*

CONCORDIA AVGVSTA. *Figura insidens subsellio, cum patera dextra, sinistra cornucopiæ.*

AVGVSTVS AVGVSTA. *Duæ figuræ, altera radiata Diui Aug. dextra pateram, sinistra hastam puram tenentis; altera Liuiæ, dextra pateram, sinistra duo cornuacopiæ gestantis.*

*Placuit Neroni Iuliorum familiæ vltimo, Augustum Liuiamq́, auiam suam honoribus prosequi, cùm illis tanquam Diis statuas erexerit, earumq́, exempla hoc nummo impresserit cum pateris in manibus, quæ numinis sint argumentum, quoniam ex his libabatur, antiquorumq́, Dij sæpius his significabantur. Aeneas Vicus in Liuia.*

Tr.p. III. Cos.

Orbis 4018. V. C. 808. I. C. 56.

*Aur.* NERO CAESAR AVG. IMP.

PONTIF. MAX. TR. P. III. P.P. EX S.C. *Corona quercea.*

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. PORTVS TRAIANI. *Traiani portus opus hemisphæricum, porticibus latis, columnis compluribus, in cuius medio arcus triumphalis, & in fastigio biga & trophæa. Tutiorem reddunt portum duæ catenæ vtrinque lapidibus affixæ, & ad fauces portus firmatæ, in cuius medio variæ naues, prætoriæ, celoces, triremes, phaseli. Sub ipsis vndarum fluctibus Neptunus musco coronatus, dextra gubernaculum tenens, læua delphino innixus. Anconitanum quidam arbitrantur, cuius hæc inscriptio:*

IMP. CAESARI DIVI NERVAE F. NERVAE
TRAIANO OPTIMO AVG. GERMANIC.
DACICO PONT. MAX. TR. P. XVIII. IMP. VIII.
COS. VI. P. P. PROVIDENTISSIMO PRINCIPI
SENATVS P. Q. R. QVOD ACCESSVM
ITALIAE HOC ETIAM ADDITO EX PECVNIA SVA
PORTV TVTIOREM NAVIGANTIBVS REDDIDERIT.

PLOTINAE AVG. CONIVGI AVG.

DIVAE MARCIANAE AVG. SORORI AVG.

*Traianus in VI. suo Cos. Parthicus appellatus.*

Imp. VIIII. Tr. p. XIX. Cos. VI.

Orbis 4078. V. C. 868. I. C. 116.

*Aur.* IMP. CAES. NERVAE TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. PARTHICO. REGNA ADSIGNATA. *Imp. insidens sella castrensi, cum duobus aliis assistentibus, adsignans regna, puta Parthicum & Armeniacum.*

*Aur.* *Arg.* P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R.
- PARTHIA CAPTA. *Duæ figuræ captiuæ sedentes ad trophæum.*
- PROVID. *Prouidentiæ typus, cum hasta sinistra, & ad pedes globo.*
- *Genius, dextra pateram, sinistra spicas.*
- *Mars gradiuus, dextra hastam, sinistra spolia.*
- *Figura militaris, dextra hastam, sinistra veluti baculum, sinistrum pedem eleuans.*

SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS S. C. *Duo trophæa.*

PROVIDENTIA AVGVSTI S. P. Q. R. S. C. *Prouidentiæ typus, nimirum figura stolata stans, dextra innixa columnæ, sinistrã protendẽs super globum.*

IMP. CAES. NER. TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

REGNA ADSIGNATA S. C. *Erizzo 341.*

*Alius. Diana Lucifera curru à leone & apro vecta, dextra facem tenet, praeeunte Hercule, deam retrò aspiciente, clauam dextro humero gestante, sine alia inscriptione. Alex. Coruini nummus.*

REX PARTHIS DATVS. S. C. *Imp. insidens substructioni, inter duos milites, ad quem humi procumbit Parthorum Rex supplex. Partamaspates is fuit. vide Dionem in Traiano.*

*Aur.* DIVO TRAIANO PARTH. AVG. PATRI.

TRIVMPHVS PARTHICVS. *Quadrigae triumph. insidente Imp.*

IMP. CAES. NERVAE TRAIAN. AVG. GERM. DACIC. P. M. TR. P.

IMPERATOR VIIII. S. C. *Imp. alloquitur cohortes.*

P. M. TR. P. COS. V. P. P. S. P. Q. R. S. C. *Duae figurae iungentes dexteras.*

COS. VI. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. *Imp. sacrificans in templo sex columnis Corinthiacis extructo. Iul. Rom. Mant.*

Orbis 4079. V. C. 869. I. C. 117. Tr. p. XX. Cos. VI.

*Aur.* IMP. TRAIANVS AVG. GERM. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. TRAIANO in quibusdam.

FORVM TRAIA. *Aedificium pulcherrimum. & quadr. triumph.*

BASILICA VLPIA. *Pulcherrima Basilica foro non absimilis, pulcherrimis statuis vndique ornata. Idem ex aere cum* S. C.

*Arg.* CONSERVATORI PATRIS PATRIAE. *Duae figurae, quarum procerior dextram imponit submissiori seu minoris staturae.*

*Aur.* DIVI NERVA ET TRAIANVS PAT. *Duae facies aduersae, Neruae & Traiani Impp.*

*Arg.* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI { *Genius, dextra pateram, sinistra spicas.* / *Figura equestris.* / *Columna cochlidis Traiani.* }

ITALIA RESTITVTA S. C. *Imp. sedens, ante quem mulier cum puerulis duobus, alterum sinistrà gestat, alterum dextra ponè sequentem tenet.*

*Arg.* IMP. TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. *Columna cochlidis.*

Tr.p.XX. Col.VI. Orbis 4079. V. C. 869. I. C. 117.

IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. P.M. TR.P. COS. VI. P.P.
S.P.Q.R. OPTIMO PRINCIPI S.C. *Figura insidens spoliis, dextra victoriolam, sinistra hastam puram.*
*Eadem inscriptio. Columna cochlidis Traiani.*

IMP. CAES. NER. TRAIANO OPT. AVG. GER.
DAC. PARTHICO PON. MAX. TR. P. XX. COS. VI. P.P. S.C.
*In corona ciuica seu quercea, in cuius medio* S. C.

*Imp. Traianus moritur hoc anno.*

*Arg.* IMP. TRAIANO AVG. GER. DAC. P.M. TR. P. COS. VI. P.P.
ASSIRIA IN POTESTATEM P. R. RED. *Figura stolata, dextra cornucopiæ, sinistra hastile.*
DIVVS PATER TRAIAN. *Figura sedens, dextra pateram, sinistra hastile.*

IMP. CAES. NERVAE TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. PARTH. TR. P. (COS. VI. P.P.

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI.

- EXERCITVS PARTH. *Imp. alloquitur exercitum.*
- EXPEDITIO AVG. PARTH. *Imp. eques, quem præcedit miles, & duo alij insequuntur.*
- ADIAB. *Adiabene captiua sedens veste indigena, dextra femori adposita, læua subiecta capiti, instar dolentis, inter spolia armorum, quæ omnia Traianus Imp. paludatus proterit.*
- *Structura è lapide quadrato Sphærica, in qua porta lata supra portam inscriptio,* SELINVNTEM.
- ASSYRIA ET PALAESTINA IN POTEST. P. R. REDAC. S.C. *Palmæ arbori alligati Assyrij captiui vir feminàque subtristes, vtramque manum in capillos malásque vellicantiū ritu injiciunt: vestitus vtriusque patrius.*
- DE CHALDAEIS S.C. *Idem cum priore, adiuncto camelo.*
- ADVENTVS AVG. MAVRETANIAE S.C. *Mauretania gratulatur Imp. aduentanti & sacra peragenti, dextra pateram coram ara, sinistra labarum tenenti, ara accubat taurus.*
- VICT. ASSYR. *In clypeo à palma dependente, assistente Victoria.* S. C.
- ARABIA CAPTA. *Palma, cui assidet Arabia capta typus.*

Orbis

Orbis 4079. V. C. 869. I. C. 117.

IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. PARTHI-(CO P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI.

ADVENT. VI AVG. ARAB. *Imp. eques, hastile sinistra, praeunte labarifero, sequentibus duobus signiferis armatis.*
*Arabia prouincia excipit aduenientem Imp. cui palmam, vt victori, porrigit. Castilionei com. nummus.*

BABYLONIA. *Structura insignis è lapide quadrato in circularem formam assurgit, cum pyramidibus & duabus portis. Fortè Babyloniae restauratae typus. Iul Rom.*

EVFRATES. *Pons super Euphratem extructus, ad deducendas in Armeniam copias. Praecedit togatus & laureatus, schedam complicatam sinistra quasi compositis rebus, pacis conditiones proponens, subsequentibus militibus. Euphratis iacentis typus, sinistra gubernaculum tenens, cymba adiuncta.*

IMP. CAES. NERVAE TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. PAR-(THICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN POTESTATEM P. R. REDACTAE. S. C. *Figura stans, dextra hastam tenens, sinistra baculum, ante cuius pedes humi procumbunt duae figurae, & tertia à tergo.*

*Arg.* DIVO TRAIANO. *Traianus cum corona radiata.*
CONSECRATIO. *Ara cum flamma. A Gallieno cusus.*

Æ DIVO TRAIANO AVGVSTO.
ACHILLIS PENTESILEA. *Achilles armatus interficiens Pentesileam. Nummus Neapoli exstabat.*

Æ. *Quadrigae ex eorũ genere quae ludis Circensibus adhibebantur, quatuor equis tractae, quorum singulis capitibus singulae palmae adiectae, auriga legionarij militis armatura munitus, aperto capite, dextra flagrum, sinistra palmam gestat: sub equinis vngulis duae figurae humi proculcantur. Erizzi nummus.*

*Alius quadrigarum item factiones exprimit.*
*Metae tres hinc inde stylobatis impositae, muri longi latiq́; latera claudunt. In medio obeliscus maximus erectus, circum quem quatuor equi decurrentes, & vir equos loro tenens apparet, hinc inde aurigarum decursiones. Victori aurigae qui metam primus attigerat, laurea offertur.*

DIVO NERVAE TRAIANO OPTIMO AVG. P. P.
VIRTVS AVGVST. *Imp. eques, leonis exuuiis capite & corpore indutus, leonem conficit, adiuuantibus duobus militibus peltatis cum iaculis.*

IMP. HERCVLES CAES. AVG. P. M.
GAK. COS. OPTIM. PINCI. S. C. *Leo claua insistens, supra cuius tergum Cometa.*

IMP. HERCVLES ROMANVS CAES. AVG. P. P.
S.P.Q.R. OPT. PRIN. *Aper siluestris cauernæ se abdens, sub quo sagitta.*

*Hos rariores non vidi, nisi in picturis Alb. pr.*

Æ. DIVO NERVAE TRAIANO.
*Auersa.* *Naufragium expressum circa Scyllam promontorium, cuius typus est virgo pubetenus, inferiore corporis parte in caninum monstrum desinens, littori vicina, in quo arbor, hinc coniectura scopulum aut saxum hoc Scyllam esse. Nautæ bona omnia & seipsos in mare præcipitant, quibus delphines adnatant tanquam auxiliaturi. In naui stantes milites partim clypeos adaptant in mare desulturi, quibus aduersus procellas vtantur, aut iisdem iuuari possint, partim remos contósque proijciunt, partim nullam salutis spem superesse arbitrantes, perturbati animis fletum præ se ferunt.*

*Caput Traiani corona radiata, sine inscriptione.*
ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ. *Europa insidens tauro.*

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹЄΒ.
*Ceruus pulcherrimus cum notis* ΙΛ.

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙ. ΝЄΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ.
ΔΙΟϹ ΛΙΒΑΤΟ *Iuppiter nudus sedens, dextra fulmen, sinistra hastā.*

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΝЄΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹЄΒ.
ϹΙΔΩΝΟϹ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟϹ ΙΖΚΕ. *Figura muliebris insistens naui, dextram protendens, sinistra obiectum femini velamentum constringens.*
ΚΤΠ ΡΗΩΤΩΝ. *In corona laurea.*

ΑΥΤΟΚΡΑ. ΚΑΙCΑΡ ΝΕΡΟΥΑ ΤΡΑΙΑΝΟC.
ΡΟΔΙ. ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ. *Neptunus dextro crure nauis proram calcans, dextra manu delphinum tenens, finistra tridentem.*
ΦΑΛΑΚΙΧΕωΝ Κ. Ε. *Corona laurea.*
ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤ. *Aquila stans coram claua Herculis.* *aut*, ΦΑ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ Α. *vt infr.*

ΑΥΤΟ. ΚΑΙΣΑΡ ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟ ΑΥΓΟΥCΤΟΣ ΠΑΤΗΡ
ΒΕΡΟΙΑΙωΝ. Α. *In corona laurea.*
*Alius.* Η. *Duæ figuræ, altera Palladis cum ægide, altera militaris, hastam finistra tenentes, sese mutuò aspicientes.*

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙC. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC CΕΒ. ΓΕΡΜ.
ΚΟΙΝΟΝ CΥΡΙΑC. *Caput Cybeles turritum, vt videtur. Aut Syriæ prouinciæ typus expressus, figura muliebri turrita, velata, papillis exertis.*

ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. CΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ.
*Auersa. Duæ Panthera aut Leopardi in curru triumphali vehentes Imperatorem.*

ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΡΙCΤ. CΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ.
CΕΛΕΥΚΕωΝ ΠΙΕΡΙΑC. *& infrà.*
ΖΕΥC Ε ΚΑCΙΟC. *Casij Iouis in Aegypto fanum, cuius pauimento Casius mons impressus, peripetasmate quatuor columnarum opertus in Pompeij M. ibidem sepulti memoriam. Alb. princ.*
*Eadem inscript. Idem templum diuersum à superiore.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙCΑΡΑ ΝΕΡΟΥΑΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ.
ΡΟΔΙ. ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ. *vt superior. Neptunus dextro crure insistens proræ nauis, dextra delphinum, finistra tridentem.*

ΑΥΤΟ. . . . ΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡ.
. . . . . ΕΠΙΠΟΝΠΩΝΙΟΥ ΓΑΛΛΟΥ. *vt videtur, fig. stans. pulcherrimus & rariss. æreus apud Alb. princ.*

ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΥΤ. ΔΑΚ.
*Nili fl. typus crocodilo incumbentis.*

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ.

*Auersa.* *Pulcherrima corona quercea, in cuius medio caput turritum, bis notis,* ω II ΡΩΕ. *Pict. Alb. pr.*

*Alius.* ΔωΡΡΙΕΡΔΟΥΛΑΥΤΟΝ. *Caput barbatum cum corona laurea, & infrà* co. *Dubito de inscriptione.*

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. ΠΑΡ.

ΦΑ. ΧΑΛΧΙΔΕΩΝ Α. *In corona laurea Alb. pr.*

ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΥΤΟΚΡ. ΓΕΡ. ΠΑΡ.

ΣΕΠ. ΦΩ. ΡΗΝΩΝ. *Palma.*

*Eadem inscriptio. Corona laurea.*

ΝΕΡΥΑ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ. ΚΑΙϹ. ϹΕΒ.

ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. *Caput muliebre turritum.*

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΩ ΑΡΙϹΤΩ ϹΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚΙΚ.

*Alius,* ϵΞΟΥϹΙΑϹ ΔΗΜΑΡΧ. ϵΞ. ΥΠΑΤΟϹ ΚΟΙΝΟΝ. ΚΥΠΡΙΩΝ. *Iuppiter stans, dextra pateram porrigens, sinistra sceptrum tenens aquila imposita.*

*Eadem inscript. Structura quadrata inter duos obeliscos.*

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ.

. . . . ΒΑΤΟΥΡΡΗϹΤΩΝ. *Figura insidens spoliis, finist. bastam tenens.*

*Traiani facies inscriptione Græca, quæ oblitterata legi nequit.*

*Auersa.* *Nili fl. simulacrum, cum puerulo & hippopotamo.*

*Alius.* *Figura stolata stans, dextra pateram tenens, sinistra bastam puram, cum inscriptione Græca quæ legi non potest. fortè talis erit,* ΔΗΜΑΡΧ. ϵΞ ΙΘ ΥΠΑΤΟϹ ς. *Marci Fug.*

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΓΕΡ. *in alio additur* ΔΑΚ.

ΙΟΥΛΙΕωΝ ΤωΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕωΝ.

ΒΥΡ. *aut* ΒΕΡ. ΙΕΡ. *Caput turritum.*

. . . . ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ. ΚΑΙ.

*Eadem inscriptio auersa partis cum superiore. Caput duabus turribus insignitum, quod arguit duas ciuitates, aut prouincias simul signasse hunc numum.*

ΑΥΤ. . . . . ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΩ ΑΡΙΣΤΩ.
ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΤΡΑΙΑΝΟΥ. *Figura stans cum patera.*

# PLOTINA.

*τοιαύτη δεῦρο εἰσέρχομαι οἵαπερ καὶ ἐξελθεῖν ἂν εὐχοίμην.*

PLOTINA Traiani vxor, incredibile dictu est, quanto auxerit gloriam mariti, cuius procuratores cùm prouincias calumniis agitarent, adeò vt vnus ex iis diceretur locupletium quemque ita conuenire, Quæ habes ad mensam? Vnde habes? tertium, Pone quæ habes: illa coniugem corripuit, atque increpans, quòd laudis suæ esset incuriosus, talem reddidit, vt postea exactiones improbans atque detestans fiscum lienem vocaret, quòd eo crescente reliqui artus contabescant. Sex. Aur. Victor. Eadem Palatium ascendens ex gradibus ad populum conuersa, Talis, inquit, huc ingredior, qualem etiam egredi opto. Hæc modestè & sanctè in summa potestate ita se gessit, vt de ea nullus iure conqueri potuerit.

*Aur.* PLOTINA AVG. IMP. TRAIANI.
CAES. AVG. GERM. DAC. COS. VI. P. P. *Figura sedens, dextra victoriolam tenens.*
*Aur.* *Eadem inscript.* ARA PVDIC. *Ara quadrata, cui imposita est*
*Arg.* *statua Plotina.*
FIDES AVGVST. S. C. *vt sequens.*

PLOTINA AVG. TRAIANI AVG.
FIDES PVBLICA S. C. *Relig.* 34.
FIDES AVGVST. S. C. *Annona stans cum canistro florum & frugum sinistra, dextra spicas, vt videtur, tenente.*

*Aur.* ΠΛΩΤΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.
CAYΔT. . AN. *Plotina equestri figura expressa.*

*Ad aquas Sextias.*

PLOTINA TRAIANI VXOR SVMMA HONESTATE ET INTEGRITATE FVLGENS STERILITATIS DEFECTV SINE PROLE FECIT CONIVGEM QVI EIVS OPERA ADRIANVM ADOPTATVM IN IMPERIO SVCCESSOREM HABVIT. A QVO IN BENEFICII MEMORIAM NEMAVSI AEDE SACRA MAXIMO SVMPTV SVBLIMIQVE STRVCTVRA AC HYMNORVM CANTV DECORATA POST MORTEM DONATA EST.

## MARCIANA.

SOROR fuit Traiani, vt ex arcu triúmph. Anconitano constat.

*Arg.* DIVA AVGVSTA MARCIANA.
CONSECRATIO. *Aquila insistens scipioni.*
CONSECRATIO S. C. *vt superior Arg.*

## MATIDIA.

MARCIANÆ filia soror Sabinæ Hadriani.

*Arg.* MATIDIA AVG. DIVAE MARCIANAE F.
PIETAS AVGVST. *Figura stolata stans coram ara sacrificans.*
*Eadem inscript. Dea Pietas stans, manus extendens super duos puerulos assistentes, quasi ipsos in protectionem susceptura. Idem ex ære cum* S. C. *Alb. pr.*

*Arg.* DIVA AVGVSTA MATIDIA.
CONSECRATIO. *Aquila.*

## HADRIANVS.

*οὕτω διοικήσω τὴν ἀρχήν, ὡς ἐγνωκὼς, ὅτι οὐχὶ τῶν ἐμαυτοῦ πραγμάτων, ἀλλὰ τῶν ἀρχομένων ἐπιμελοῦμαι.*

HADRIANI Afri F. auxilio Attiani & Plotinæ, quæ ipsius amore capta erat, ad Imperium euectus est, ingenio ad studia bonarum artium, & vtriusque linguæ prómpto. Præerat tum Antiochiæ Syriæ. A Senatu per literas petiit, vt sibi Imperium confirmaret. quod factum est. Vir fuit procerus statura, forma comptus, promissa barba (quam primus Impp. nutriuit) vt vulnera quæ in facie erant, naturalia tegeret, flexo ad pectinem capillo. Memoriæ & omnis pænè artificij opifex incredibilis, ingenij liuidi & lascini, & ad ostentationem sui insolentis. Princeps alioquin humanissimus, tamen propter cædes quorundam bonorum ciuium, quos & initio principatus, & paulo ante quàm moreretur fecit, culpa nō caruit. Vitio ei dabatur, quòd nimis magnum studium in rerum inuestigatione poneret, & quòd homo versutus ac callidus esset. hęc vitia sedulitate compensabat, prouidentia, magnificentia & sollertia. Bellum nullum mouit, sed mota composuit: nullius bona pro iniuria proscripsit. Ad colligendam etiam gratiam nihil prætermittens, infinitam pecuniam, quæ fisco debebatur, remisit definito tempore annorum sedecim, ex quo id beneficium collatum esse voluit. Priuatis debitoribus in vrbe & Italia, in pro-

in prouinciis verò etiam ex reliquiis ingentes ſummas remiſit, ſyngraphis in foro Diui Traiani quo magis ſecuritas omnibus roboraretur, incenſis. Fuiſſe Hadrianum Matheſeos peritum vſque adeò aſſerunt, vt eum dicant cuncta de ſe ſciuiſſe, ſic vt omnium dierum vſque ad horam mortis futuros actus antè perſcripſerit. Vt ægrotare cœpit, quòd ſanguis qui per nares eius effundi antea conſueuerat, tum copioſè effluxit, vitam deſperauit, ob eamque cauſam L. Ælium, quamuis & ipſe quoque ſanguinem euomeret, Cæſarem Rom. deſignat; qui paulò pòſt ſubitò extinctus eſt. Hadrianus autem ob ſanguinis effuſionem contabeſcens & hydropiſi laborans, adoptat Antoninum, qui poſtea Pius dictus, ea conditione, vt is L. Verum Ælij F. & M. Antoninum cognomento Philoſophum ſibi adoptaret, in cuius conſpectu Bais moribundus exclamauit, πολλοὶ ἰατροὶ βασιλέα ἀπώλεσαν. Vixit annos 62. Regnauit annos 20: menſes 11. Sepultus ad pontem Ælium in ſepulchro à ſe condito.

Orbis 4079. V.C. 869. I. C. 117.

*Aur.* HADRIANVS AVGVSTVS P. P. *Hadriani caput.* Coſ. Deſ. III.
DIVIS PARENTIBVS. *Traiani & Plotinæ facies aduerſæ, cum duabus ſtellis ſuper cuiuſque vertice. Alb. pr.*

*Arg.* IMP. CAES. TRAIAN. HADRIAN. OPT. P. F. AVG. GERM. DAC. PARTHIC. DIVI TRAIAN. AVG. F. P. M. TR. P. COS. P. P. ADOPTIO. *Duæ figuræ togatæ ſtantes, iungentes dexteras.*

*Arg.* IMP. CAES. TRAIAN. HADRIANO AVG. DIVI TRA. PARTH. F. DIVI NER. NEP. P. M. TR. P. COS. FORT. RED. *Fortuna ſedens cum temone dextra. Poſt reditum ex Antiochia Syriæ.*

IMP. CAES. DIVI TRAIAN. PARTH. F. DIVI NERVAE NEP. PONTIF. MAX. TR. P. COS. FORT. RED. S. C.

*Aur.* IMP. CAES. TRAIAN. HADRIAN. OPT. AVG. G. D. PARTH. DIVO TRAIANO PATRI. *in aliis additur* AVG. *Traianus conſecratus.*

IMP. CAES. TRAIAN. HADRIAN. OPT. AVG. GER. DAC. PONT. MAX. TR. P. COS. S. C. BRITANNIA. *Britanniæ typus. Figura nuda paſſis capillis, manu dextra capiti ſuppoſita, pede læuo proræ nauis impoſito, ſiniſtra in gremium demiſſa ſceptrum tenens.*

IMP.

*Aur.* IMP. CAESAR TRAIAN. HADRIANVS AVG.

DIVVS TRAIANVS PATER PATRIAE. *Duæ dexteræ iunctæ, fidei & concordiæ testes.*

M. P. T. NOB. *In corona quadam.*

CONIVGIVM AVG. *Imp. dextram iungit Imperatrici intermedio sacrifico. Cupidines tres superuolant. Romæ Antonieti.*

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG.

PONT. MAX. TR. POT. COS. P.P. S.C. LIBERTAS RESTITVTA. *Figura sedens in substructione cum puerulis, & muliere infrà stantibus.*

PONT. MAX. TR. POT. COS. DES. II. CONCORDIA S.C. *Figura sellæ insidens, dextra pateram tenens. Idem ex arg.*

IMP. CAES. DIVI TRAIAN. AVG. F. TRAIAN. HADRIAN. OPT. AVG. GER. DAC. PARTHICO P.M. TR. P. COS. P.P. CONCORDIA S. C. *Figura sedens, dextra pateram, sinistra cornucopiæ.*

*Eadem inscript. Duæ figuræ dextris tenentes globum.*

IMP. CAES. DIVI TRAI. PARTH. F. DIVI NERVAE NEP. TRAIANO HADRIANO AVG.

PONT. MAX. TR. POT. COS. CONCORDIA S. C. *vt superior.*

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. P.M. TR. P. COS.

SALVS PVBLICA S. C. *Figura stans, dextra pateram, sinistra cornucop. dextrum crus imponens globo.*

Cos. II. Orbis 4080. V. C. 870. I. C. 118.

Desig. III. *Aur.* IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG.

*Arg.*

P. M. TR. P. COS. II.

- SALVS AVG. *Salutis sedentis typus, cum patera & serpente.*
- FEL. AVG.
- PAX. *Pacis typus, dextra ramum, sinistra cornucopiæ.*
- PIETAS. *Figura stans, dextra ramum.*
- FORT. RED. *Fortuna sedens, dextra temonem, sinist. cornucop.*
- VOT. PVB. *Figura stolata stans, vtramque manum in sublime attollens, supplicantis ritu.*
- CONCORD. *Figura sedens, dextra pateram. Alb. princ. aur.*

P. M. TR. P. COS. II. *Victoria stans, dextra lauream, sinistra palmam super humerum protensam. minutus aureus Alb. pr.*

PONT.

PONT. MAX. TR. POT. COS. II.

- SALVS AVG. S. C. *Salus pateram porrigens serpenti proripienti se ex ara.*
- FORT. RED. S. C. *Fort. sedens, dextra temonem, sinistra cornucop.*
- LIBERALITAS AVG. S. C. *Imp. distribuens donatiuū militibus. Largitio duplex militibus data ob auspicia Imperij. Spartianus.*
- ADVENTVS AVG. S. C. *Figura insidens spoliis, sinistra hastam tenens, dextram porrigens alij figuræ assistenti. Post reditum ex Syria.*
- ANNONA AVG. S. C. *Figura, sinistra tenens cornucop. ante pedes vasculum cum spicis & prora nauis.*
- ORIENS S. C. *Orientis typus expressus.*

PONT. MAX. TR. POT. COS. II. DES. III. S. C. ANNONA AVG. *Figura stans, sinistra cornucopia, dextra duas spicas, super panario repleto spicis.*

*Aur.* P. M. TR. P. COS. DES. III. FEL. AVG. *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra cornucopia.*

IMP. CAES. TRAIAN. HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. II. *alius* P. P.

FORTVNAE REDVCI S. C. *Fortuna sedens, dextra temonem, sinistra cornucopiæ.*

AETERNITAS AVG. S. C. *Dea æternitas, quæ singulis manibus tenet capita radiata Solis & Lunæ.*

PIETAS AVGVSTI S. C. *Pietatis typus manus leuantis coram ara.*

Orbis 4081. V. C. 871. I. C. 119. Cos. III.

*Aur.* HADRIANVS AVGVSTVS.

*Arg.* COS. III.

- *Lupa cum Romulo & Remo lactantibus.*
- *Hadrianus eques habitu pacificatoris, dextram in sublime.*
- *Victoria, sinistra palmam tenens.*
- *Vesta stans, dextram ori admouens.*
- *Luna crescens, in cuius medio septem stellæ.*
- *Vnica tantùm stella in medio crescentis Lunæ.*
- *Figura stans, dextra pileum, sinistra hastile.*
- *Fig. stans, sinistra cornucop. ad dextrum pedem aram.*
- *Fig. stans, dextra victoriolam, sinistra hastam.*
- *Pallas, dextra hastam, sinistram imponens scuto.*
- *Vesta tutulata sedens, dextram ori admouens.*

Orbis 4081. V. C. 871. I. C. 119.

Col. III. *Arg.* ROMA FELIX COS. III. P. P. *Figura sedens, dextra ramũ, sin. hastã.*

IVSTITIA AVG. COS. III. P. P. *Fig. dextra pateram, sinistra hastile. Idem ex aere cum* S. C.

INDVLGENTIA AVG. COS. III. P. P. *Figura sedens, dextram erigens in sublime, sinistra bacillum tenens. Idem ex aere cum* S. C.

CLEMENTIA AVG. COS. III. P. P. *Figura stans, dextra pateram, sinistra hastile. Idem ex aere &* S. C.

*Aur.* COS. III. P. P. *Hadrianus eques cum lancea.*

P. M. TR. P. COS. III. *Roma sedens, dextra victoriolã, sinistra hastã.*

ADVENTVS AVG. S. C. *Duae figurae, vna togata, altera armata, manus sibi mutuò porrigentes.*

SABINA AVGVSTA S. C. *Sabinae facies.*

FELICITATI AVG. COS. III. P. P. S. C. *Nauis praetoria.*

NEPTVNO RED. COS. III. S. C. *Neptunus, dextra tridentem, sinistra delphinum, sinistrum pedem rostro nauis imponens.*

EXPED. AVG. COS. III. S. C. *Figura equestris profectura in militiam.*

SPES PERPET. AVGVST. COS. III. P. P. *Imp. alloquitur cohortes.*

COS. III. P. P. S. C. *Figura galeata, dextra hastam, sinistra cornucopiae, sinistro crure insistens globo.*

FORT. RED. COS. III. S. C. *Fortuna redux sedens, dextra temonem, sinistra cornucopiae.*

*Aur.* HADRIANVS AVG. COS. III.

ADVENTVI AVG. ITALIAE. *Duae figurae sacrificantes.*

*Eadem inscript.* *Templum, cui insistit Hercules, & fl. cuiusdam typus.*

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG.

PONT. MAX. TR. POT. COS. III. S. C. *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra cornucopiae.*

*Eadem inscript.* *Figura sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

HADRIANVS AVGVSTVS.

COS. III. S. C.
- *Figura sedens, dextra bilancem, sinistra cornucopiae.*
- *Figura stans, sinistram eleuans, cum patera repleta frugibus.*
- *Figura stans, dextram eleuans, sinistra scutum.*
- *Ianus stans, dextra hastam puram.*
- *Figura galeata, dextra hastam puram, sinistra cornucopiae, sinistrum crus imponens globo.*

COS. III. S. C.
- *Dea Moneta.*
- *Victoria sedens.*
- *Figura stolata, fortè Spei typus.*
- *Pegasus.*
- *Figura equestris.*
- *Figura spoliis insidens, dextra victoriolam, sinistra cornucopia.*
- *Figura militaris, dextra bacillum, sinistra hastam.*

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. III.

RELIQVA VETERA HS. NOVIES MILL. ABOLITA S. C. *Viginti duos milliones auri cum dimidio Hadrianus ciuibus Rom. remisit, syngraphis in foro Traiani combustis. Panuin. in Fastis, & Emblem. Sambuci 235.*

LOCVPLETATORI ORBIS TERRARVM S. C. *Imp. sedens in suggestu, ante eum alia quadam figura è sinu effundens pecunias, quas alia dua figura inferius existentes sinu excipiunt.*

PIETAS AVGVSTI S. C. *Figura stans, dextram eleuans, sinistra tenens globum super ara. Reperiuntur diuersis typis & forma.*

AETERNITAS AVGVSTI S. C. *Figura muliebris, singulis manibus gestãs caput radiatum.*

VIRTVTI AVGVSTI S. C. *Figura stans, sinistra tenens baculum seu scipionem, dextra hastam.*

SALVS PVBLICA S. C. *Figura stans, dextra globum, sinistra cornucopia.*

CONCORDIA EXERCITVVM S. C. *Figura stans, singulis manibus tenens signum militare.*

PROVIDENTIA DEORVM S. C. *Figura stans, sinistra tenens bacillum, dextram porrigens auicula insidenti ramo arboris.*

MONETA AVGVSTI S. C. *Dea Moneta stans. Plures diuersi.*

Orbis 4082. V. C. 872. I. C. 120.

*Arg.* HADRIANVS AVGVSTVS P. P.

COS. III.
- *Figura equestris pacificatoris habitu.*
- *Figura sedens, vtraque manu tenens cornucop.*
- *Figura insidens spoliis, dextra hastile.*
- *Figura sedens, vtramque manum in sinu tenens.*
- *Victoria sedens, dextra lauream, sinistra palmam.*
- *Figura nuda spoliis insidens, dextra palmam.*
- *Signa Pontificalia.*
- *Figura sedens, dextra pateram, sinistra cornucopia.*

IMP. P. M. TR. P. COS. III. *Roma, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

HILARITAS P. R. COS. III. S. C. *Figura muliebris, dextra palmam, sinistra cornucop. ad cuius pedes ex vtraque parte puerulus.*

PROVIDENTIA AVG.

LIBERALITAS AVG. COS. III.

TRANQVILLITAS AVG. COS. III.

CLEMENTIA AVG. COS. III. *Figura stolata stans, dextra pateram, sinistra hastam.*

HADRIANV AVG. COS. III.
TRANQVIL. PVBLICA. *Figura sedens dextram porrigens.*

Tr. p. IIII.
Imp. II.
Col. III.

Orbis 4083. V. C. 873. I. C. 121.

*Aur.* HADRIANVS AVG. COS. III. P. P.

FORT. REDVCI. *Fort. sedens, dextra temonem, sinistra cornucop.*

FORTVNA SPES. *Vtriusque Deæ imag. sese mutuò aspicientes.*

ADVENTVI AVG. ITALIAE. *Duæ figuræ sacrificantes.*

VOTA PVBLICA. *Figura sacrificantis ritu, cum tribus aliis.*

FIDES PVBLICA. *Figura stans, spicas deorsum inclinans, sinistra calathum cum frugibus. Alb. pr.*

VENERIS FELICIS. *Figura sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam. Eiusdem pulcherr. aureus. Idem ex arg.*

SECVRITAS AVG. *Figura pulcherrima sellæ insidens, inter duo cornuacopiæ, dextro cubito capiti innixa. Eiusdem.*

SPES P. R. *Spei typus, dextra florem, sinistra cornucopiæ, alius stolam subleuat. Alb. pr. aureus pulcherr.*

RESTITVTORI AFRICAE. *Africæ typus cum capite elephantis & proboscide.*

*Arg.* RESTITVTORI HISPANIAE. *Figura sedens cum cuniculo.*

RESTITVTORI GALLIAE. *Figura togata dextram porrigens alteri flectenti genua.*

CONSERVATORI GALLIAE.

ROMVLO CONDITORI. *Romulus opima spolia referens, occiso Acrone Ceninensium duce.*

VICTORIA AVG. *Victoria stans, sinistra ramum protendens, dextram admouens bullæ è collo dependenti.*

MONETA AVG.

HADRIA-

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P.

RESTITVTORI HISPANIAE S. C.

ADVENTVI AVG. ITALIAE S. C.

ADVENTVI AVG. ALEXANDRIAE S. C.

ADVENTVI AVG. MAVRETANIAE S. C.

ADVENTVI AVG. IVDAEAE S. C.

MAVRETANIA S. C.

AFRICA S. C.

ALEXANDRIA S. C.

FORTVNA AVG. S. C. *Fortuna stans, dextra pateram (in alio temonem) finistra cornucopiæ.*

FELICITAS AVG. S. C. *Figura stans, dextra caduceum, finistra cornucop.*

*Alius. Vir & mulier iungentes dextras.*

IVSTITIA AVG. S. C. *Figura sedens, dextra pateram tenens, finistra hastam puram.*

S. C. *Figura stans, dextra bacillum tenens, finistra serpentem.*

RESTITV-TORI { PHRYGIAE, BITHYNIAE, ACHAIAE, GALLIAE, HISPANIAE, AFRICAE, ASIAE } S. C. *Imp. porrigens dexteram figuræ procumbenti in genua.*

Orbis 4084. V. C. 874. I. C. 122. — Tr. p. V. Imp. II. Cos. III.

*Aur.* IMP. CAESAR TRAIAN. HADRIANVS AVG.

*Arg.* P. M. TR. P. COS. III.

- LIB. PVB. *Figura sedens, dextra ramum, finistra hastam.*
- HIL. P. R. *Figura stans, vtramque manum auribus admouens.*
- PRO. AVG. *Figura finistra baculum, dextram erigens.*
- FEL. AVG. *Fig. dextra caduceum, finistra cornucop.*
- SALVS AVG. *Salutis sedentis typus.*
- CONCORDIA. *Figura, dextra pateram.*
- FEL. P. R. *Figura, dextra ramum, finistra cornucopiæ.*
- AETER. AVG. *Capita Solis & Lunæ.*
- CLEM. *Figura, dextra pateram tenens super aram, finistra hastam.*
- GEN. P. R. *Deus Genius.*
- *Spei typus.*
- *Fig. muliebris, finistram capiti, dextram pectori admouens.*
- *Victoria trophæum vtraque manu gestans.*
- *Iuppiter stans, finistra hastam, dextra fulmen tenens.*
- *Neptunnus dextra acrostolium, finistra tridentem.*
- *Figura sedens, dextra victoriolam, finistra ramum.*
- *Roma sedens, dextra victoriolam, finistra hastam.*
- *Triremis prætoria.*

ADVENTVS AVG. P. M. TR. P.

P. M. TR. P. COS. III. S. C. *Spei typus.*

*Eadem inscript. Figura galeata, dextram imponens acerra, sinistra hastam puram, & ad talos scutum.*

PONT. MAX. TR. POT. COS. III. S. C. *in alio*, LIBERALITAS AVG.

*Aur.* IMP. CAES. HADRIANVS AVG. COS. III. *Cum circo, vt inf.*

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. ANN. DCCCLXXIIII. NAT. VRBIS P. CIR. CON. S. C. *Figura sedens aut humi procumbens, cum rota & tribus obeliscis. Samb.* 233.

RESTITVTORI ORBIS TERRARVM S. C. *Figura, ad cuius pedes alia in genua procumbit.*

MONETA AVGVSTI S. C. *Figura stans, dextra stateram, siniss. cornucop.*

Orbis 4085. V. C. 875. I. C. 123.

*Arg.* IMP. CAESAR TRAIAN. HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. III. *Victoria cum trophaeo.*

*Aur.* *Eadem inscript. Neptunus, dextra tridentem, sinistra delphinum, dextro crure insistens prora nauis. Meus aureus pulcherrimus.*

P. M. TR. P. COS. III. S. C. {
- LIBERTAS RESTITVTA S. C. *Figura sedens loco eminentiore; ante eam alia quaedam figura stans, ad cuius latus parua quaedam icuncula. Idem ferè suprà in primo Cos.*
- LIBERALITAS AVG. S. C. *Duae figurae in substructione altera Imp. altera cuiusdam militis astantis, dextra tenentis tesseram frumentariam, & alia quaedam figura per scalas ascendens, tanquam aliquid in gremium acceptura.*
- VIRT. AVG. *Figura galeata stans, dextra bacillum, sinistra hastam.*
- ADVENTVS AVG. S. C. *Imperator insidens spoliis, sinistra hastam tenet, dextram porrigit fig. stolata assistenti.*
- FORT. RED. S. C. *Fortunae reducis sedentis typus.*

PONT. MAX. TR. POT. COS. III. S. C. {
- *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra cornucop.*
- *Figura stans, dextra bilancem, sinistram in sublime eleuans.*
- *Figura stans, dextra duas spicas, sinistra hastam.*
- *Figura insidens spoliis, dextra victoriolam, sinistra hastam puram.*
- *Figura galeata, dextram imponens arae, sinistra hastam & scutũ ad talos.*

CAESAR

*Arg.* CAESAR TRAIANVS HADRIANVS.
P. M. TR. POTES. COS. III. *Fort. dextra temonem, sinistra cornucopia.*

Orbis 4086. V. C. 876. I. C. 124.

*Aur.* HADRIANVS AVG. COS. III. P. P.
IVPPITER CVSTOS. *Iuppiter sedens, dextra fulmen, sinist. hastam.*
IOVI VICTORI. *Iuppiter sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.*
HISPANIA. *Figura humi desidens cum cuniculo, dextra ramum protendens. aureus Alb. pr.*

*Arg.* GERMANIA *Figura tunicata cum hastili & scuto.*
ITALIA. *Figura stans, dextra hastam, sinistra cornucopia.*
AFRICA. *Figura humi desidens, dextra scorpionem.*
ASIA. *Figura stans, sinistra tenens tria spicula.*
*Eadem inscript. Fig. stans, in cuius dextra serpens, sinistra gubernaculum. sub pede prora.*
NILVS. *Nili fl. typus cum hippopotamo & crocodilo.*
ALEXANDRIA. *Figura muliebris stans, sistrum dextra.*
ÆGYPTOS. *Ægypti typus cum sistro, ibide & calatho frugibus pleno.*

EXER. BRITANNICVS S. C. *Imp. cum tribus militibus.*
DACIA S. C. *Figura montibus insidens, tenens dextra aquilam legionar. sinistra ramum.*
ASIA S. C.
CAPPADOCIA S. C. *Figura stans, sinistra signum militare aut hastam cum labaro.*
HISPANIA S. C. *Figura humi desidens, dextra aristas.*
IVDAEA S. C.
ALEXANDRIA S. C. *Figura humi desidens, innixa panario seu canistro, sinistra ramum, dextra duas spicas, & tres spicæ ad pedes.*
NILVS S. C.
AFRICA. S. C. *Figura humi procumbens, dextra scorp. sinistra cornucop.*
AEGYPTOS S. C. *Figura terræ insidens, sinistro cubito innixa vasculo repleto frugibus, dextra sistrum tenens, ibis ante pedes.*
MAVRETANIA S. C. *Figura equum capistro retinens.*
*Eadem inscript. Figura pedestris hastile tenens, cum equo.*
ADVENTVI ........TANIAE S. C. *Duæ figuræ sese mutuò aspicientes, altera Imp. altera militis, dextra pateram porrigentis, sinistra hastam tenentis.*

Orbis

Orbis 4087. V. C. 877. I. C. 125.

*Arg.* HADRIANVS AVG. COS. III. P. P.

TELLVS STABIL. *Figura stans cum aratro & spicis.*

PROVIDENTIA AVG. *Figura stans, dextra spicas, sinistra baculum.*

MONETA AVG. *Moneta stans, dextra stateram, sinistra cornucop.*

ADVENTVS AVG. *Duæ figuræ stantes iunctis dexteris, sinistris hasta.*

FELICITAS AVG. *Duæ fig. vt priores, altera caduc. sinistra.*

FORTVNA AVG. *Fort. stans, dextra temonem, sinistra cornucop.*

SALVS AVG. *Salutis typus cum patera & serpente.*

VICTORIA AVG. *Victoria sedens, dextra sertum, sinistra palmam.*

PIETAS AVG. *Figura stans protensis ambabus manibus.*

*Eadem inscript. Figura sedens, dextra pateram, sinist. cornucop.*

SPES PVBLICA. *Spei typus.*

ROMA FELIX. *Roma galeata sedens, dextra fulmen, sinist. baculum.*

FELICITAS P. R. *Fig. stans, dextra ramum, sinistra cornucopiæ.*

ANNONA AVG. *Modius tritici, in quo quatuor spicæ cum papauere.*

FIDES PVBLICA. *Figura muliebris, dextra duas spicas, sinist. pateram.*

*Romæ ante portam Palatij. Antiquit. P. App. 195.*

IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTHICI
FIL. D. NERVAE NEPOTI TRAIANO HADRIANO
AVG. PON. MAX. TRIB. POT. XX. IMP. II. COS.
III. P. P. MASTVM VICORVM VR
BIS REGIONVM XIIII.

Orbis 4088. V. C. 878. I. C. 126.

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P.

DISCIPLINA AVG. S. C. *Imp. peregrè proficiscens, fortè in expeditionem quandam: subsequuntur quinque milites gestantes signa militaria.*

PROVIDENTIA AVG. S. C. *Figura stans, sinistra hastam, ad dextrum pedem globum, quem monstrat manu dextra.*

*Plures diuersi.*

EXERCITVS DACICVS S. C. *Figura, fortè Imp. stans in suggestu, & ante eum quatuor aliæ figuræ, tenentes signa militaria.*

EXERCITVS SYRIACVS S. C. *Tres milites tenentes signa militaria. Imp. eques dextram in sublime porrigit.*

LIBERALITAS AVG. VII. S. C. *Imp. sedens in suggestu, ante quem figura ex copiæ cornu effundit pecunias in sinum alterius assistentis.*

VRBS ROMA AETERNA S. C. *Templum, in quo multæ figuræ sacrificantes.*

FORTVNA AVG. S. C. *Dua figura viri & mulieris iungentes dexteras, mulier sinistro brachio cornucop. tenet.*

*Plures diuersi.*

*Eadem inscript. Figura stans, dextram porrigens, finist. cornucop.*

SPES AVGVSTA S. C. *Dea spes dextram porrigens figura militari, cui assistunt alij duo armati.*

SPES P. R. S. C.
SECVRITAS P. R. S. C.
AETERNITAS AVG. S. C.
AETERNITATI AVG. S. C. } *vt arg. superiores.*
SALVS AVG. S. C. *Salus diuersis typis.*
FELICITAS AVG. S. C.
MONETA AVG. S. C.

ANNONA AVG. S. C. *Panarium in quo quatuor spica & papauer.*

S. C. *In medio corona quercea.*

*Pontis Aelij typus, sine alia inscriptione.*

Orbis 4089. V.C. 879. I. C. 127.

*Aur.* IMP. CAESAR TRAIAN. HADRIANVS AVG.

P. M. TR. P. COS. III. {
*Roma sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam. Alb. pr.*
*Figura sedens, dextra ramum, sinistra hastam.*
*Figura militaris stans, dextra hastam.*
*Figura militaris galeata, stans coram arbore, sub qua lepusculus, sinistra hastam tenens.*
*Templum cui insistit Hercules cum claua, cum typo fluuij cuiusdam.*

PROVIDENTIA DEORVM S. C. *Prouidentia stantis typus.*

P. M. TR. P. COS. III. S. C. *Figura stans, dextram eleuans, sinistra cornucopia tenens.*

P. M. TR. P. COS. III. S. C. VIRT. AVG. *Figura militaris stans, dextra scipionem, sinistra hastam.*

PON. MAX. TR. P. S. C. SECVR. AVG. *Figura sedens, sinistram admouens capiti.*

Æ. IMP. CAES. HADRIANVS AVG. COS. III. P. P.
MEMORIA AVG. PERPETVA.

*Theani Apuliæ.*

IMP. CAESARI DIVI TRAIANI
PARTHICI F. DIVI NERVAE NE
POTI TRAIANO HADRIANO AVGV
STO PONTIFICI MAXIMO TRIB.
POT. XIII. COS. III. P. P. OPTIMO
MAXIMOQ. PRINCIPI
THEANENSES D. D.

Orbis 4090. V. C. 880. I. C. 128.

IMP. CAES. TRAIAN. HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. III.
FELICITAS AVG. S. C. *Figura stans, dextra caduceum, sinistra cornucopiæ.*
*Eadem inscriptio. Vir & mulier iungentes dexteras.*

*Sergnæ agri Lucensis.*

IMP. CAESARI DIVI TRAIANI PARTHICI F.
DIVI NERVAE NEPOTI TRAIANO HADRIANO AVG.
PONT. MAX. TRIB. POTEST. XVII. COS.

Orbis 4100. V. C. 890. I. C. 138.

*Arg.* HADRIANVS AVG.
CONSECRATIO. *Aquila insistens globo.*

*Romæ prope pontem ruptum.*

Vide antiquit. Petri Appiani fol. 197.

IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTH.
FIL. DIVI NERVAE NEPOTIS
TRAIANI HADRIANI AVG. PON.
MAX. TRIB. POT. XXII. IMP. II.
COS. III. DERESIVS RVSTICVS.

*Hoc anno ad 6. Idus Iulij. Hadr. Imp. moritur.*

AYT. KAIC. TI. AIA. AΔPIANOC CEB.
KOINON BEIΘYNIAC. *Templum.*
ΠATHP ΠATPIΔOC. *Dextera iuncta.*
AI——H. *Iuppiter Capitolinus ariete inuectus.*
NIΛOC. *Nili fl. typus cum hippopotamo.*
L. Δ. ΔEK. *Idem cum priore. M. Fug.*

KAISAP

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΜΝΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ. *Caput radiatum.* Dubito de inscript.
*Columna seu cippus cui impositus est equus, in medio columnae tabula cum inscriptione*, ΒΟΡΥΣΘΕΝΗΣ. *Vide Xiphil. ex Dione.*

ΑΥΤ. Κ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ . .
ΗΡΑΚΛΗϹ ΡΩΜΑΙΟϹ. *Imp. Herculem leonina referens, capite tectus & togatus. Iulij Romani Mantua.*

ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΑΥΓ. ΠΑΤΗΡ. *Imp. indutus pelle leonina, pilum dextra tenens, globum sinistra; cui assistit Victoriola, sinistra lauream tenens, dextra palmam.*
ΤΩ ΗΡΑΚΛΕΙ ΣΩΤΗΡΙ ΑΥΓ. *Imperator eques, figura Herculis cum exuuiis leonis decertans cum duobus leonibus.*

ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΔΡ. . . . .
ΣΙΔΟΝΩϹ ΘΕΑϹ. *Europa tauro inuecta, quem cornu sinistro adprehensum tenet, dextra flammeolum circa caput in gyrum euolitat. Grimanni Veneti & M. Fug.*

ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ.
ΣΙΔΟΝΩΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ.
Ε. Ζ. Κ. Σ. *Figura insistens prora nauis.*

ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ. *Caput radiatum.*
ΔΙΟΣ ΝΑΟΣ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ. *Templum sex columnarum, in cuius medio Iuppiter, dextra fulmen, sinistra sceptrum cum aquila, ad dextram Pallas & Mercurius, ad sinistram Mars & Venus. & duae aliae figurae sedentes in gradibus. Inter picturas Alb. pr.*

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ.
ΚΟΙΝΟΝ ΒΕΙΘΥΝΙΑϹ. *Templum, vt supra.*
L. ΙΗ. *Duo capita imposita alis aquilae expansis.*
*Capita Iouis & Iunonis coniuncta, absque alia inscriptione.*
ΖΕΥϹ ΚΑϹΙΟϹ. *Templum.*
ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Bacchus cum Tigride & thyrso, dextra guttum.*
ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. *Diana vtraque manu facem ardentem tenens. Grimanni Veneti.*

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΑΙΩΝ. *Mulier turrita.*

*Alius. Isis & Serapis, maiore forma quàm in aliis nummis.*

*Alius caput Iouis Aegiochi. Auersa parte sacrificaturus ducit hircum ad aram. hinc Virgil.*

*Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.*

. . . . . ΔΕΚΑΤΟΥ. *Serpens pulcherrimus cum caduceo.*

. . . . ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. *Turris, cui insistunt tres figuræ. Alb. pr.*

ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ.

ΝΙΚΟΠΟΛΕΩϹ. *Apri frendentis caput. Ant. August. Rom.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙϹΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ.

ΠΕΤΡΑΜΗΓΟΠΟΛΙ. *Figura turrita insidens monticulis, sinistra trophæum. exstat apud Alb. pr. sed vix legitur.*

ΑΥΤΟΚ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ.

Κ. Κ. *Rana vel Bufo. fortè κοινὸν κυπρίων. M. Fug. minutus.*

## SABINA HADRIANI.

SABINA Marcianæ filia Matidiæ soror, Traiani neptis, Hadriano à Traiano desponsata. Hanc vt morosam & asperam dimissurus erat (vt ipse dicebat) si priuatus fuisset. Pòst, quia cum Septitio Claro præfecto prætorio & Suetonio Tranquillo epistolarum magistro, familiarius quàm reuerentia domus aulicæ postulabat, egerat, seruilibus pęnè iniuriis affecta ad voluntariam mortem compulsa est, nec sine suspicione veneni ab Hadriano dati.

*Au.* SABINA AVGVSTA.

IVNONI REGINAE. *Figura stans, dextra pateram, sinist. hastam.*

*Arg.* VENERI GENETRICI. *Femina stans, sinistra globum tenens, dextram imponens capiti.*

SABINA AVGVSTA HADRIANI AVG. P. P.

CONCORDIA AVG. *Concordia sedens, pateram dextra; sinistra cornucopiæ.*

*Eadem inscript. Fig. sedens, dextra pateram, sinistra sella incumbens.*

PVDICITIA. *Pudicitiæ sedentis typus.*

VENERI

VENERI GENETRICI S. C. *Venus cum pomo.*

CONCORDIA AVG. S. C. *Figura sedens, dextra pateram, sinistra incumbens termino.*

*Ead. inscript.* *Figura stans, dextra pateram, sinistra cornucop.*

*Arg.* SABINA AVGVSTA HADRIANI AVG.
S. C. *Dea Salus. Alb. pr.*

*Æ.* DIVA AVGVSTA SABINA.
CONSECRATIO. *Aquila expansis alis, aut pauo fortasse.*
*Lugduni apud Guil. de Choul.*

CEBACTH CABEINA.
KOINON BEIΘΥΝΙΑΣ.
N. CAKA. *Turris quadrangula cum suis ornamentis.*
*Grimanni & Ant. August. Erizzo 394.*

CEBACTHN CABEINAN. *Caput Sabinæ diuersum à consuetis.*
ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΕΠΙΔ. POC.
*Duo pisces, in quorum medio* TO. B.

CEBACTH CABEINA
ΠΕΡΓΑ. . .
. . . . . . ΡΙΠΩΛΑΙΩΝ.
*Femina stolata & tutulata stans, plexis ad pectus manibus. æneus paruus Alberti princ. pulcherr.*

## PAVLINA.

HADRIANI soror, vxor Seruiani, quem alij Seuerianum vocant, eius vnum & alterum tantùm exstat numisma, quale apud me ex arg.

DIVA PAVLINA.
CONSECRATIO. *Pauo.*
*Idem ex ære & S. C. apud Achillem Maphæum Rom.*

# ANTINOVS.

Claudiopoli Bithyniæ ortus, eximiæ pulchritudinis puer ab Hadriano in deliciis habitus, cui statuas per vniuersum terrarum orbem atque etiam effigies erexit, templum apud Mantineam constituit, multáque numismata aurea, arg. & ærea in honorem eius procudit. Vide Xiphil.

ΑΝΤΙΝΟΟϹ.

ΑΙΛΙΟΤΗϹ. *Biga à leonibus tracta.*

ΓΕΝΕΣΙΣ ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΚΙΘΙΝΙΔΟΣ.

ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΩΣ.

ΠΟΛΕΜ. *Ouis quædam.*

ϹΜΥΡΝΑΙΟΙϹ ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ. *Bos.*

ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ.Η.ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ. *Harpocrates silentij Deus strophium læuo obuolutum brachio tenens, dextra manus indice ori admoto taciturnitatem indicans, læua lateri adhibita.*

Η ΠΑΤΡΙϹ ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ.

ΡΕΣ. ΤΑΔ. *Equestris figura accedens ædificium quoddam, eam duo milites subsequuntur.*

ΖΕΥϹ ΑΥΤΟΚ. ΠΑΤΗΡ. *Aquila insistens fulmini.*

ΒΕΙΘΥΝΙΕΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ. *Figura pastoralis cum porco. Aut Mercurius pastoru habitu talaribus cinctus, sinistra ramum leuans, aut baculum nodosum cum caduceo & vacca.*

ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΗΡΩΟϹ. *Antinous cum flore in fronte.*

*Antinous eques nudus, leui velamento à tergo, dextra caduceum littera* L. I. Θ.

ΟϹΤΙΛΙΟϹ ΜΑΡΚΕΛΛΟϹ Ο ΙΕΡΕΥϹ ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΥ.

ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ. *Biga solu cum flagro dextra.*

ΤΟΙϹ ΑΧΑΙΟΙϹ ΑΝΕΘΗΚΕ. *Mercurius cum Pegaso.*

ΑΔΡΙᾹΝΟϹ ΩΚΟΔΟΜΗϹΕΝ. *Templum pulchrr.*

ΙΕΡΑ ϹΥΝΚΛΗΤΟϹ. *Caput Antinoi.*

ϹΤΡΤΦ. ΑΒΑΛΦΗ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟ.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ ΚΑΙ ϹΜΥΡΝ. *Duæ figuræ iungentes dexteras, vtraque turrita, altera dextra victoriolam cum laurea & palma, altera Palladem armatam tenens.*

L. AE-

# L. AELIVS.

Vir fuit comptus, decorus, pulchritudinis regiæ, oris venerandi, eloquentiæ celsioris, versu facilis, in Rep. non inutilis, vitæ lætissimæ, bonisque litteris præditus, ab Hadriano adoptatus: diu superstes non fuit, quod præsciuisse ex genitura Veri Hadrianus fertur, cùm diceret: Ostendēt terris hunc tantùm fata, neq. vltrà esse sinent. Moritur aut pharmaco aut magna sanguinis effusione. sepelitur in mole Hadriani hoc Epitaphio:

L. AELIO CAESARI DIVI HADRIANI AVG. F. COS. II.

Orbis 4098. v. c. 888. I. c. 136.

L. AELIVS CAESAR.

PANNONIA S. C. *Pannoniæ typus cum labaro.*

PANNONIAE. *Imp. sedens, dexteram porrigens figuræ muliebri trophæum tenenti, & sinistra cornucopiæ tenenti.*

Orbis 4099. v. c. 889. I. c. 137. Cos. II.

*Arg.* L. AELIVS CAESAR TR. P. COS. II.

CONCORDIA. *Fig. stans, dextra pateram, sinistra cornucopiæ.*

*Aur.* L. AELIVS CAESAR.

*Arg.* TR. POT. COS. II. CONCORD. *Dea Concordia sedens, dextra pateram, sinistra cornucop.*

TR. POT. COS. II. PIETAS. *Pietatis typus, dextram eleuantis.*

*Eadem inscriptio. Spei typus. Idem ex ære* S. C. *& plures diuersi.*

TR. P. COS. II. S. C. CONCORD. *Dea Concordia sedens, dextra pateram, sinistra innixa cornucopiæ.*

TR. POT. COS. II. S. C. *Figura stans, dextram porrigens, sinistra caduceum.*

TR. POT. COS. II. S. C. *Spei & Fortunæ typus.*

A. AIΛIOC KAICAP. *(tenens.*

ΔHM. ЄΞOTC. TΠAT. B. *Figura stolata stans, dextra pateram*

ΔHM. ЄΞOTC. TΠATOC B. OMONOIA.

*Figura sedens, cum patera dextra.*

DIVVS VERVS.

CONSECRATIO. *Quadrigæ eleph. vide Embl. Samb.*

*Hoc anno primo Consulatus sui die obijt, Cal. Ianuarij.*

## LVCILLA L. AELII.

DOMITIA Lucilla Nigrini filia, vxor L. Ælij, ex qua L. Aurelium Verum & Ceioniam filiam genuit, hæc Marco Imp. Hadriani voluntate primùm desponsata, non iniit.

*Arg.* LVCILLA AVGVSTA.
CONCORDIA. *Concord. dextra pateram, sinistra cornucopiæ.*
HILARITAS. *Figura stolata stans, dextra palmam, sinistra cornucop.*

FECVNDITAS S. C. *Mulier cum tribus puerulis.*

## ANTONINVS PIVS.

*Κάλλιόν ἐστι τῷ καίσαρι, πολίτην ἕνα σώζειν, τῶ χιλίως τῶν πολεμίων ἀποκτεῖναι.*

AB Hadriano post mortem L. Ælij adoptatus, ea lege, vt sibi adoptaret M. Antoninum fratris vxoris suæ filium, & is L. Verum, L. Ælij qui ab Hadriano eodem adoptatus fuerat, filium. quod & factum est. Vir forma conspicuus, ingenio clarus, moribus clemens, nobilis vultu, & placidus, singularis eloquentiæ, nitidæ literaturæ, præcipuè sobrius, diligens agri cultor, mitis, largus, ab alieno abstinens, & omnia hæc cum mediocritate, & sine iactantia. Cùm esset longus & senex, incuruaretúrque, tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur, vt rectiùs incederet. Illud encomium ab Hadriano tulit, Quòd esset vir nobilis, mitis, mansuetus, prudens, qui nihil temerè propter iuuentutem, nihil propter senectutem negligenter posset facere: vixit semper legibus, fuitque cum Imperio moribus & institutis patriæ, vt neque ea quæ ad Imperium spectarent, ignoraret, neque iis omnibus malè vteretur, ob ea adoptatus & Imp. factus est, qui & Augustus & Pius à Senatu appellatus est, propterea quòd initio principatus sui multis reis factis, postulatísque nonnullis nominatim ad supplicium, neminem puniuit; neque enim, inquit, me oportet ab his rebus principatus exordium facere, & suis deinde temporibus nihil asperum fecit. Senex obiit, fuitque ei mors dulcissima similis somno iucundissimo. Regnauit annos 24. vt alij 22. menses 7. vixit annis 74. cum dimidio.

Orbis 4100. V. C. 890. I. C. 138.

*Arg.* IMP. T. AEL. CAESAR ANTONINVS.
TRIB. POT. COS. *Figura stans, dextra pateram, sin. duo cornuacopia.* *Eadem inscript.* *Figura stolata stans, dextra scipionem, sinistra veluti serpentem. in æreis & aureis additur* PIETAS; *cum typo Pietatis.*

*Aur.* ANTONINVS PIVS.
TRIB. POT. COS. *Figura sacrificans ad aram.*

*Arg.* IMP. CAES. T. AEL. ANTONINVS AVG.
PONT. MAX. TR. POT. COS. *Figura stans, dextra pateram cum frugibus, sinistra spicas.*

PONT. MAX. TR. P. COS. S. C. *Figura, dextra ramum oleæ, sinistra cornucopiæ.*

ANTONINVS AVG. PIVS P. P.
TR. POT. COS. S. C. *Figura, dextra ramum, sinistra cornucop.*

*Arg.* IMP. T. AEL. CAES. HADR. ANTONINVS. Cos. Des. II.
AVG. PIVS P. M. TR. P. COS. DES. II. *Figura stolata, fortè Dea Moneta, stans, dextra bilancem, sinistra cornucopiæ.*

AVG. PIVS P. M. TR. P. COS. DES. II.
- *Figura stans, dextram eleuans, sinistra tenens globum, cum ara ad pedem dextrum.*
- *Figura stolata, vtramque manum eleuans coram ara.*
- *Figura, dextra spicas, sinistra pateram cum frugibus.*
- *Alius idem vt sequens æreus, dextra ramum.*
- *Figura, dextra bilancem, sinistra cornucopiæ.*
- *Figura stans, dextra caduceum, sinistra cornucopiæ.*

IMP. T. AEL. CAES. ANTONINVS.
AVG. PIVS P. M. TR. P. COS. DES. II. *Figura stolata stans, dextra scipionem, sinistra remoram, vt videtur quibusdam.*

IMP. T. AEL. CAES. HADRIAN. ANTONINVS AVG. PIVS P. P.
P. M. TR. POT. COS. DES. II. S. C. *Figura stolata stans, dextra ramum lauri aut oleæ protendens, sinistra cornucopiæ.*

Tr.p.II.
Imp.II.
Cos.II.

Orbis 4101. V. C. 891. I. C. 139.

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II. P. M. TR. P. COS. II.

*Arg.* IMP. T. AEL. CAES. HADR. ANTONINVS. AVG. PIVS P. M. TR. P. COS. II. *Victoria, dextra lauream, sin. (palmam.*
*Figura stans, dextra ramum, sinistra cornucopia.*

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P.

*Arg.* TR. POT. COS. II.
- *Figura stolata sacrificantis ritu coram ara. Alb. pr.*
- *Duæ dexteræ tenentes caduceum, cum duabus spicis.*
- *Modius in quo fruges dimetiebantur, cum quatuor spicis & papauere in medio.*
- *Figura stans, dextra ramum, sinistra cornucopiæ.*

ROMVLO. . . . S. C. *Mars gradiuus, sinistra spolia super humeros, dextra hastã.*
TR. P. COS. II. S. C. *Figura stans, sinistra cornucopiæ.*

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. II.
PROVIDENTIAE DEORVM. *Fulmen Iouis.*
AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. *Caput M. Aurelij.*
ANNONA AVG. *Vas cum quatuor spicis & papauere.*
GENIVS POP. ROMANI. *Deus Genius.*
*Æ.* REX QVADIS DATVS. *(hastam puram.*
IMPERATOR II. LIBERT. S. C. *Figura, dextra pileum, sinistra*

IMP. T. AEL. CAES. HADR. ANTONINVS AVG. PIVS P.P. P. M. TR. POT. COS. II. S. C. *Figura, sinistra tenens pateram cum frugibus, dextra duas spicas aut papauera.*
*Fortuna typus, dextra temonem, sinistra cornucop.*

Tr.p.III.
Imp.II.
Cos.III.

Orbis 4102. V. C. 892. I. C. 140.

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. III.
*Arg.* PROVIDENTIAE DEORVM. *Fulmen Iouis.*
IMP. II. *Victoria stans, dextra lauream, sinistra palmam.*
GENIVS POP. ROMANI. *Genius stans, dextra hastam, sinistra cornucopiæ. pulcherr. aureus Alb. pr. idem ex ære cum* S. C.
*Aur.* IMPERATOR II. *Iuppiter sedens, dextra fulmen, sinistra hastam.*

IMPERA-

Orbis 4102. V. C. 891. I. C. 140. — Tr. p. III. Imp. II. Cos. III.

IMPERATOR II. S. C.
- Iuppiter sedens, dextra fulmen, sinistra hastam.
- Victoria singulis manibus gestans spolia. } Plures diuersi.
- Victoria vtraque manu protendens trophaeum. } Plures diuersi.
- Figura, sinistra pateram cum frugibus, dextra spicas.

FELICITAS AVG. S. C. *Figura stans, dextra caduceum, sinist. ramum.*

ANTONINVS PIVS P. P. TR. P. III.
MVNIFICENTIA S. C.

IMP. CAES. T. AEL. HADRIAN. ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. III. COS. III. S. C. *Figura sedens, dextra duas spicas super panario repleto spicis; sinistra cornucopia.*

*Arg.* IMP. ANTONINVS PIVS AVG.
P. M. TR. P. III. COS. III. *Quadriga triumphales.*

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. III.
IMPERATOR II. *Victoria vtraque manu gestans trophaeum.*
M. AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. COS.
ITALIA. *Figura insidens globo, dextra cornucop. finist. hastam. Alb. pr.*

*Aur.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. COS. S. C. *Caput Aurelij.*
*& Æ.* DIVA AVGVSTA FAVSTINA S. C. *Caput Faustinae.*
APOLLINI AVGVSTO S. C. *Apollo, dextra pateram, sinistra lyram.*
IVNONI SOSPITAE S. C. *Figura stans, sinistra tenens bacillum, dextra scutum.*
FELICITAS AVG. S. C. *Figura stans, dextra caduceũ, sin. ramum.*
CONCORDIA EXERCITVVM S. C. *Figura stolata stans, singulis manibus tenens signum militare.*
ITALIA S. C. *Figura insidens globo.*
IMPERATOR II. S. C. *Sus cum porcellis sub ilice.*
IMP. II. ANCILIA S. C. *Duo clypei.*
IMP. II. S. C. *Romulus & Remus cum lupa.*

S. C. { *Duæ figuræ sedentes in substruct. & infrà aliæ duæ.*
*Caput Faustinæ & Antonini.*
*Figura sedens, dextra tenens victoriolam, ad læuam scutum, quod insistit proræ nauis.*
*Spei typus.*
*Lupa cum Rom. & Remo. plures diuersi.*

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P.
TR. P. COS. III. *Figura sedens, porrigens pateram: fortè Salus.*

TR. POT. COS. III. S. C. { *Mars gradiuus cum scuto & hasta, ante quem procumbit figura muliebris seminuda.*
*Spei typus.*
*Figura sedens cum pauone iuxta sellam, sinistra bacillum tenens, dextra ignotum quiddam.*
*Figura stolata stans, dextra pateram, sinistra hastam.*
*Ianus cum hasta in dextra.*

TIBERIS TR. P. III. COS. III. S. C. *Tiberis fl. simulacrum.*
ITALIA TR. P. III. COS. III. S. C. *Italiæ typus, vt suprà.*
SICILIA S. C. *Figura stans cum spicis in capite, dextra lauream tenens, sinistra ignotum quiddam.*

*Romæ supra portam introitus molis Hadr.*

Dubito de inscript. fortè legendum, Tr. p. IIII. Imp. II. Cos. III. Desig IIII.

IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTH. FILIO
DIVI NERVAE NEPOT. HADRIANO
AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. XXII.
IMP. II. COS. III. P. P. ET DIVAE SABINAE.
IMP. CAES. T. AELIVS HADRIANVS
ANTONINVS AVG. P. PONT.
MAX. TRIB. POT. II. DESIG.
IIII. P. PARENTIBVS SVIS.

Orbis 4103. V. C. 893. I. C. 141.

Tr. p. IIII. Imp. II. Cos. III. Desig. IIII.

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. III.
GENIVS POP. ROMANI. *Genius stans, dextra hastam, sin. cornucop.*
*Arg.* GENIO SENATVS. *Deus Genius, dextra ramum oleæ aut lauri porrigens, sinistra hastam puram tenens.*

APOLLI-

APOLLINI AVGVSTO. *Figura stans, dextra pateram porrigens.*
CLEMENTIA AVGVSTI. *Figura stans, dextra pateram porrigens, sinistra hastile.*
VIRTVS AVG. *Figura stans, dextra hastam, sinistra clauam.*
ANNONA AVG. *Vas frumentarium cum quatuor spicis.*
AEQVITAS AVG. *Figura stans, dextra stateram, sinistra hastam.*
IMPERATOR II. *Victoria stans, dextra lauream, sinistra palmam.*
IMPERAT. II. *Duo cornuacopia, & in medio caduceum.*

GENIO SENATVS S. C. *Figura stans, dextra ramum. plures diuersi.*
APOLLINI AVGVSTO S. C. *Apollo stans, dextra paterā, sinistra lyrā.*
ANNONA AVG. S. C. *Figura stans, dextra duas spicas, sinist. cornucop.*
OPI AVG. S. C. *Figura sedens, dextra hastam tenens, sinistram imponens capiti.*
ITALIA S. C. *Idem cum superiore anni praecedentis.*
TIBERIS S. C. *Tiberis fl. simulacrum.*
SALVS AVG. S. C. *Salutis typus. multi differentes.*
ROMAE AETERNAE S. C. *Templum decem columnis suffultum.*

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P.
COS. III. DES. IIII. *Figura galeata stans, dextra hastam, sinistra clauam tenens.*
*Eadem inscript.* *Figura stolata stans, dextra ramum, sinistra cornucopia.*

Orbis 4104. V. C. 894. I. C. 142. Tr. p. V. Imp. II. Cos. IIII.
*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II.
COS. IIII. *Figura stolata, dextra pomum aut globum tenens.*

. . . . . COS. IIII. S. C. *Figura stolata stans, dextra spicas coram panario, sinistra temonem.*

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. IIII.
SALVS AVG. S. C. *Salutis typus.*

Orbis 4105. V. C. 895. I. C. 143. Tr. p. VI.
*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. IIII.
GENIO SENATVS.

SALVS AVGVST. S. C. *Figura, dextra pateram super ara, ex qua progreditur serpens, sinistra temonem.*

APOLLINI AVGVSTO S. C. *Apollo dextra pateram, sinistra citharam.*

Tr.p. VII. Imp. II. Col. IIII.

Orbis 4106. V. C. 896. I. C. 144.

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P.

COS. IIII. *Imp. togatus, dextra globum tenens.*

COS. IIII. *Ara super quam fulmen Iouis.*

COS. IIII. *Figura stolata, dextra ibicem, sinistra ca duceum.*

*Arg.* TR. POT. COS. IIII. LIB. . . III. *aut* IIII. *Figura, dextra tenens labarum seu signum militare, sinistra cornucopia.*

APOLLINI AVGVSTO. *Apollo stans, vt suprà. Relig.* 188.

FELICITAS AVG. S. C. *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra cornucopia.*

*Eadem inscript. Figura stans, dextra ibicem, sinistra caduceum, vt suprà.*

Tr.p. VIII. Imp. II. Col. IIII.

Orbis 4107. V. C. 897. I. C. 145.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P.

COS. IIII. *Quadriga triumph. Victoria de Britannis, aut Germanis, aut Dacis, vel Mauris. Pasqua. Caracciol.* 67.

HONORI AVG. COS. IIII. S. C. *Fig. dextra ramum, sin. cornucop.*

MONETA AVG. S. C. *Moneta, dextra stateram, sinistra cornucopia.*

COS. IIII. S. C. *Figura, dextra temonem, sinistra vasculum cum spicis, sinistro crure insistens proræ.*

COS. IIII. S. C. *Figura sedens, dextra bacillum, sinistram capiti admouens.*

*Eadem inscriptio. Figura stans, dextra ramum, sinistra bacillum.*

Tr.p. IX. Imp. II. Col. IIII.

Orbis 4108. V. C. 898. I. C. 146.

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P.

TR. POT. COS. IIII. LIB. III. *Congiarium datum populo. Figura, dextra signum militare, sinistra caduceum.*

TEMPLVM DIV. AVG. REST. COS. IIII. *Templum in quo figura stans. Idem ex ære &* S. C. *duæ fig. in templo.*

PAX AVG. S. C. *Cetera desiderantur. Figura stolata, sinistra cornucopiæ, dextra clauam.*

TR. POT. COS. . . . . } *Figura, dextra ramum, sinistra cornucopia.*
PAX S. C.

Orbis 4109. V. C. 899. I. C. 147. Tr. p. X. Imp. II. Cos. IIII.

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. X.
COS. IIII. *Figura stans, dextra duas spicas, sinistra temonem, ad dextrum crus ara parua.*
COS. IIII. *Fig. stolata stans, dextra hastam, sinistra cornucopia.*

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. IIII.
LIB. IIII. *Imperator distribuens congiarium.*

S. C. *Figura, dextra pateram, sinistra lyram aut aliud instrum. Musicum.*

Orbis 4110. V. C. 900. I. C. 148. Tr. p. XI. Imp. II. Cos. IIII.

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XI.
COS. IIII. LIB. V. *Dea Liberalitas stans, dextra tesseram frumentariam, sinistra cornucopia. Alb. pr.*

*Arg.* PRIMI DECENNALES. *In medio corona.*
COS. IIII. *Figura stans, dextra pateram super ara, ex qua progreditur serpens, sinistra temonem. Salutis typus.*

ANNONA AVG. COS. IIII. S. C. *Figura stans, dextra spicas duas super vase repleto spicis, sinistra veluti vomerem aut rastrum.*
PRIMI DECENNALES COS. IIII. S. C. *vt superior arg.*
COS. IIII. S. C. *Figura sacrificans ad aram.*

Orbis 4111. V. C. 901. I. C. 149. Tr. p. XII. Imp. II. Cos. IIII.

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XII.

COS. IIII. {
- *Figura stans, dextra caduceum, sinistra cornucopia.*
- *Aur.* *Figura stolata, dextra bilancem, sinistra cornucop.*
- *Arg.* *Figura stolata stans, dextra tenens pateram super tripode.*
- *Figura stans, dextra pateram, sinistra duas spicas.*
- *Figura, dextra duas spicas super modio tritici, in quo alia spica, sinistra instrumentum quoddam agreste.*
- *Salutis typus, dextra pateram cum serpente, sinistra temonem.*

COS.

COS. IIII. S. C. *Figura, dextra bilancem, finistra cornucopia.*

FELICITAS COS. IIII. S. C. *Fig. dextra bacillum, finistra cornucop.*

TEMPORVM FELICITAS COS. IIII. S. C. *Duo cornuacopia, cum duobus capitibus vtrimque impositis, masculino & feminino. meminit Erizzo fol. 425.*

MVNIFICENTIA AVG. COS. IIII. S. C. *Elephas.*

*Eadem inscript. Figura, dextra tenens pateram, finistra hastam puram, ad pedem dextrum animal quoddam; fortè elephas.*

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II.
TR. POT. XII. COS. IIII. S. C. *Figura stolata stans, dextra duas spicas tenens, finistra temonem.*

Tr.p. XIII. Imp. II. Cos. IIII.

Orbis 4112. V. C. 902. I. C. 150.

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XIII.

COS. IIII. { *Figura virilis nuda stans, dextra pateram, finistra ignotum quid.*
*Figura, dextra temonem, finistra cornucop.*
*Figura, dextra caduceum, finistra cornucop.* }

LIBERTAS COS. IIII. S. C. *Libertas stolata stans, dextra pileum.*

S. P. Q. R.
OPTIMO
PRINCIPI
S. C.
*In corona laurea.*

IMP. CAES. T. AEL. HADRIAN. ANTONINVS AVG. PIVS P. P.
TR. POT. XIII. COS. IIII. S. C. *Figura sedens, dextra duas spicas tenens super panario repleto spicis, finistra cornucopia.*

Tr. p. XIIII. Imp. II. Cos. IIII.

Orbis 4113. V. C. 903. I. C. 151.

*Arg.* IMP. CAES. T. AELIVS HADR. ANTONINVS AVG. PIVS P. P.
TR. P. XIIII. COS. IIII. TRANQ. *Figura stolata stans, dextra temonem, finistra spicas.*
TR. POT. XIIII. COS. IIII. PAX. *Idem cum sequente.*

*Aur.* *Eadem inscriptio. Figura stolata, dextra ramum, finistra hastam.*

TR. POT.

TR. POT. XIIII. COS. IIII. IVSTITIA S. C. *Figura sedens, dextra pateram, sinistra bastam.*

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XIIII.
COS. IIII. *Dea Fortuna stans, dextra temonem, sinistra cornucopia.*

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XIIII.
LAETITIA COS. IIII. *Duæ figuræ togatæ, quarum altera dextra duas spicas tenet, altera globum sinistra.*

COS. IIII. S. C. *Figura, dextra bilancem, sinistra cornucopia.*

Orbis 4114. V. C. 904. I. C. 152. Tr. p. XV. Imp. II. Cos. IIII.

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XV.
COS. IIII. *Figura stolata stans, dextra globum tenens. Alb. pr.*
*Arg.* *Figura stans, dextra temonem, sinistra cornucopia.*
*Figura stolata stans, dextra spicas, sinistra vasculum in quo spicæ cernuntur.*

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P.
TR. P. XV. COS. IIII.
COS. IIII. *Dexteræ iunctæ, cum duabus spicis tenentes caduceum.*

*Arg.* IMP. CAES. T. AEL. HADR. ANTONINVS AVG. PIVS P. P.
TR. POT. XV. COS. IIII. TRANQ. *Idem qui superiore anno.*
COS. IIII. *Duæ dexteræ iunctæ, vt superior.*
TR. POT. XV. COS. IIII. PAX. *Figura stolata stans, dextra ramum protendens, sinistra tenens bastam.*

*Aur.* TR. POT. XV. COS. IIII. *Figura stolata stans, dextra globum.*

TRIB. POT. XV. COS. IIII. S. C. ANNONA AVG. *Figura muliebris sedens, sinistra cornucop. dextra spicas coram panario, in quo spicæ plures. Alius apud Eriz. fol. 424.*

TEMPLVM DIVI AVG. RESTITVTVM COS. IIII. S. C. *Templum octo columnis suffultum.*

Tr.p. XVI. Orbis 4115. V. C. 905. I. C. 153.
Imp II. *Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XVI.
Col. IIII. COS. IIII { *Vesta, sinistra Palladium, dextra simpullum.*
*Figura stans, dextra duas spicas, sinistram imponens aræ.*

SALVTI AVG. COS. IIII. S. C. *Salutis typus, dextra pateram super ara, sinistra hastam.*

SALVS AVG. COS. IIII. S. C. *Idem cum priore.*

INDVLGENTIA AVG. COS. IIII. S. C. *Figura sedens, dextram porrigens, sinistra hastam puram.*

S. C. COS. IIII. *Figura insidens spoliis aut armis hostium, cuius capiti victoria imponit manum; & alia quadam eidem florem porrigit.*

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II.
TR. POT. XVI. COS. IIII. S. C. *Figura stans, dextra duas spicas, coram panario aut vase repleto spicis, sinistra temonem.*

ANTONINVS AVG PIVS. . .
PROV. DEOR. TR. P. XVI. COS. IIII. *Figura stolata stans, dextra globum, sinistra cornucopiæ. Alb.pr.*
*Alius ead. inscript. Figura muliebris stans, læua contum tenens, dextra radium, quo praiacentem pilam versat. Pier. Valer. lib. 39.*

Tr.p. XVII. Orbis 4116. V. C. 906. I. C. 154.
Imp. II. *Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XVII.
Col. IIII. COS. IIII. *Vesta, dextra simpullum, seu capedunc. sinistra Palladium.*
*Aur.* COS. IIII. *Figura stolata stans, cum globo in dextra.*
PROVIDENTIA AVG. COS. IIII. *Figura sedens, sinistra hastam.*
*Eadem inscript. Figura sedens, dextram extendens, sinistra bacillum tenens, idem ex ære cum* S. C.
*Vide aliam inscript.* PROVIDENTIA *apud Pier. Valer. lib. 39. fol. 289. Figura muliebris, læua manu baculo innititur, cuius apex in lituum flectitur, læua pilam radio attingit, quasi eam versaturo aut leges illi consistendi præscripturo.*

PROVIDEN. . . . S. C. *Fulmen Iouis.*

LIBERTAS COS. IIII. S. C. *Libertatis typus, in cuius dextra pileus sinistram protendens.*

Orbis 4117. V. C. 907. I. C. 155. Tr.p. XVIII.

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XVIII.
COS. IIII. *Figura stans, dextra pateram super ara, sinistra tridentem.*

LIBERTAS COS. IIII. S. C. *Idem cum superiore.*

Orbis 4118. V. C. 908. I. C. 156. Tr.p. XIX. Imp. II. Cos. IIII.

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II.
TR. POT. XIX. COS. IIII. *Figura, dextra spicas tenet, sinistram imponens ara.*
*Eadem inscript. Figura stans, vtraque manu tenens signum militare.*
*Ead. inscript. Figura stolata stans, dextra ramum, sinistra cornucop.*
*Ead. inscript. Prouidentia typus. idem fere omnes ex are* S. C.

Orbis 4119. V. C. 909. I. C. 157. Tr.p. XX.

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II.
TR. P. XX. COS. IIII. *Victoria, dextra lauream, sinistra palmam.* τὸ φαίνεται φανερὸς, vt in multis sequentib. victoriis.
*Arg. Ead. inscript. Figura sedens, dextra cornucop. ara ad pedes.*

*Eadem inscript. &* S. C. *Figura muliebris stans, dextra temonem, sinistra panarium cum spicu.*
*Eadem inscript. Figura stans, dextra ramum, sinistra hastam, clypeum ad pedem dextrum.*

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XX.
ROMA COS. IIII. *Roma sedentis typus, cum victoriola.*

FORTVNA OBSEQVENS S. C. *Fortuna, sinistra cornucopia, dextra temonem impositum prora nauis.*

Orbis 4120. V. C. 910. I. C. 158. Tr.p. XXI. Imp. II. Cos. IIII.

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II.
TR. POT. XXI. COS. IIII. *Figura stolata stans, dextra spicas, deorsum inclinans super panario, sinistra temonem & cornucopia.*

*Ead. inscript. &* S. C. *Fortuna sinistro crure insistens prora nauis, dextro temonem.*

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P.
COS. IIII. *Figura stolata stans, dextra pateram, sinistra hastam.*

COS. IIII. S. C. *Quadriga triumphales.*
TR. POT. COS. IIII. S. C. *Figura stolata stans, dextram protendens, sinistra hastile.*
TR. POT. XXI. COS. IIII. S. C. *Figura stolata stans, sinistra hastam, dextra spicas.*

Tr.p.XXII. Imp.II. Cos.IIII.

Orbis 4121. V. C. 911. I. C. 159.

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XXII.
VOTA SOL. DECEN. II. COS. IIII. *Idem cum sequente.*
*Aur.* VOTA SVSCEPTA DECEN. III. COS. IIII. *Fig. sacrif.*
VOTA SVSCEPTA XX. *Lib.Relig.*279.
FORTVNA OPSEQVENS COS. IIII. *Figura, dextra tenens pateram, brachio dextro incumbens temoni, sinistra cornucop. Idem ex aere &* S. C.

COS. IIII. *Quatuor pueruli nudi, quatuor anni tempora designantes.*
VOTA SVSCEPTA DEC. III. COS. IIII. S. C. *vt superior.*
AED. DIVI COS. S. C. *Templum 8. columnarum.*
COS. IIII. S. C. *Templum, & in eo Imp. vt videtur.*
TEMPLVM DIVI AVG. RESTITVTVM COS. IIII. S. C.

Tr.p. XXIII.

Orbis 4122. V. C. 912. I. C. 160.

*Arg.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XXIII.
FELIC. SAEC. COS. IIII. *Fig. stolata, dextra caduceum.*
FORTVNA COS. IIII. *Fort. dextra temonem, sinistra cornucopiae.*
PACI AVG. COS. IIII. *Figura stans, dextra ramum, sin. hastam.*
SALVTI AVG. COS. IIII. *Salutis stantis typus.*
*Aur.* PIETATI AVG. COS. IIII. *Figura muliebris, dextra globum, sinistra infantem, ad cuius pedes duo pueruli.*
FELICITATI AVG. COS. IIII. *Figura stolata stans, dextra globum, vt videtur, sinistra cornucopiae. Alb. pr.*
LIBERALITAS AVG. VIIII. COS. IIII. *Figura stolata stans, complicatu, vt videtur, manibus.*
*Arg.* ROMA COS. III. *Roma sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

PIETA-

PIETATI AVG. COS. IIII. S. C. *vt superior aureus & arg.*
HONORI AVG. COS. IIII. S. C. *Figura, dextra ramũ, sinistra cornucop.*

Orbis 4123. V. C. 915. I. C. 161. Tr. p. XXIIII. Imp. II. Cos. IIII.

*Aur.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XXIIII.
PIETATI AVG. COS. IIII. *Femina cum puerulis, seu figura stolata stans, dextra globum tenens, sinistra infantem cum duobus puerulis.*
FELIC. SAEC. COS. IIII. *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra innixa columna, vt videtur. Alb. pr.*
ROMA COS. IIII. *Roma sedens, dextra victoriolam, sinist. hastam.*

CONCORD. COS. IIII. S. C.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P.
TR. POT. XXIIII. COS. IIII. S. C. *Figura stans, vtraq. manu aliquid gestans.*
*Eadem inscript. Fig. stolata stans, dextra pateram super ara, sinist. hastam.*

*Hoc anno Ant. Pius Non. Martiis obijt.*

*Aur.* DIVVS ANTONINVS. *in quibusdam additur* PIVS.
DIVO PIO. *Ara. idem ex aere* S. C. *columna quadam.*
CONSECRATIO. *Rogus qualem Herod. describit in Seuero. Idem ex aere &* S. C.

ATT. KAI. TI. AIA. ANT.
. . . PACT ATTONOMH. *Figura muliebris sedens, qualis in Philippis & Alexandris areis reperitur. Alb. pr. areus minutus.*

ATT. K. T. AIA. ΑΔΡΙΑΝ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ.
ΕΠΙϹΤΙΑΚΑΠ ΔΙΑΛΛΑΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΠΕΡΓΑΜ.
*Æsculapius cum baculo & implexo dracone.*
*Alius. Orpheus insidens saxo.*
*Alius. Hippocentaurus Orpheum adprehensum complectens.*

ATT. KAI. TPAI. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ.
ΘΝ. ΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Figura muliebris stolata stans, dextra hastam puram, sinistra cornucopiæ.*

ΑΥ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡΙΑ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ.
ΗΓΕΓΑΡΤΙΩΝ ΑΝΤΙΟΧ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Fluuij alicuius simulacrum semınudum, dextra ramum tenentis, sinistra vrnam subuertentis.*
ΙΤΩ ΤΑΡϹΟΥ. *Iuppiter stans cum aquila ad pedes, dextra fulmen, sinistra temonem.*
*Alius. Herculis cum Anteone lucta.*
Α. . . ΡΩΝ. . . ΤΕΙ. ΧΕ. Ω. *Pulcherrimus serpens gyro implexus.*

ΑΥΤ. ΚΑΙϹΑΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ.
ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟϹ ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑϹ. *Figura seminuda stans, vtraque manu veluti clypeos tenens.*
ΛΛΕΚΑΤ. *Quatuor spica cum caduceo.*
*Figura sedens, in sinu gestans infantem.*

ΑΥΤΟ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤωΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. ΕΥϹΕΒ.
ΜΗΤΡΟΠΟΛΕωϹ ΔΑΜΑϹΚΙΝωΝ. *Figura turrita insidens saxo, dextram porrigens, sinistra cornucopia tenens.*

ΑΔΡΙΑΝΟ ΑΝΤΟΝΙΝ.
ΠΕΡΓΑϹΤΡΑ ΕΦΑΛΙΩ. ΤΟ Β. *Figura stans, vtramque manum in sinum imponens.*

Τ. ΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ.
ΕΥΦΥϹΙΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Tria templa distincta, primum Iunonis cum pauone, alterum Martis cum galea & pelta, tertium & medium inter vtraque Dianæ polymammæ.*
L. ΤΕΤΑΡΤΟΥ. *Iuppiter stans cum aquila, dextra fulmen, sinistra temonem.*
ΣΗΤΡ ΠΕΥΓ. ΕΦΕϹΙΩΝ ΟΜΟΙΙ. *Diana polymamma, dextra Fortunam cum rota, sinistra AEsculapium cum baculo & serpente.*

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Τ. ΑΙ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ.
ΗΓΕΜ ΠΟΜΠΕΙΟΥ . . . .
ΠΑΤΤΑΛΙΩΤΩΝ. *Figura turrita sedens, dextra victoriolam, sinistra cornucopia.*
ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙ. *Tres Charites nudæ iunctis manibus.*

ΑΥΤ. Κ.

ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΟΝΙΝΟϹ ЄΥϹ. ϹЄΒ.
*Auersa. Figura turrita stans, dextra caduceum, sinistra spicam tenens, cum canicula astante.*

Δ ϹΡΑΤ. ΘΥ Ρ. *Iuppiter insidens aquilæ, dextra pateram, sinistra scipionem.*

ΔΙΟΥΟΝΟ ΝΟΙΛЄΠΙЄϹΙΙ. *Diana polymamma, cui assistit alia figura, sinistra facem tenens.*

ΑΡΩΝΟΥΕΙΧΕΓΤΩ ΓΑΥΚΩΝ. *Serpens alius in gyrum conuersus, diuerso à superiore typo. Litteræ adeò malè erant descriptæ, vt eas assequi non potuerim. In picturis Alb. pr.*

ΚΟ. ΝΕΙ. *Panarium cum quinque spicis, & quatuor papaueribus.*

L E. *Colonia deducta.*

ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ. *in alio* ЄΥϹ.
ΔЄΚΑΤΟΥ. *Duo boues currentes, quorum alterum Hercules dextra tenet, sinistra clauam & exuuias leonis.*

*Eadem inscript. Figura incumbens lectulo, cum temone dextra.*

ΗΓΕΙΑΡΓΙΛΙΑΝΤΙΚΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ.

ΙΟΥΛΙЄΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚЄΩΝ. *Cybele.*

*Alius. Auersa duodecim signa Zodiaci, & in medio septem capita turrita hac nota,* Ŀ.

ΙΟΥΛΙЄΩΝ ΤѠΝ ΙΩΝ. ѠΝ.

ΘΟ ΗΠΡ. *Figura turrita, in cuius superficie victoriola.*

ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ . . . . . *Antonini & coniugis facies aduersa.*

ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΗΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛ. *Serpens in gyro.*

ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ. ЄΥϹЄΒ.
S. C. Δ. *In corona laurea.*

ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ
ΓΑΛΑΤЄΩΝ.

ϹΙΡΑΚΟΥϹΙΩΝ
ΠΟΛЄΩ
ΓΙΠΟΛΕΩΝ. } *Quadriga.*

# FAVSTINA PII

ANNII Veri filia, L. Ælij ſoror, amita M. Antonini, vxor Antonini Pij, in ea nimia libertas & viuendi facilitas. Liberos habuit duos marçs, totidem feminas Fauſtinas nomine. Maioris Lamia Silanus maritus, minoris M. Antoninus cognomento Philoſophus. Moritur Fauſtina tertio anno Imperij Antonini, quæ à Senatu conſecrata eſt delatis Circenſibus & templo, flamminicis item ac ſtatuis aureis atque argenteis. Iulius Capitol.

Orbis 4102. V. C. 892. I. C. 140.

FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII P. P.

CONCORD.

VENERI AVGVSTAE.

FAVSTINA AVGVSTA.

LAETITIA S. C. *Figura ſtans, dextra pateram, ſiniſtra haſtam.*

TEMPORVM FELICITAS S. C. *Figura muliebris cum puerulis.*

FECVNDITAS AVGVSTAE S. C. *Idem ferè cum priore.*

Orbis 4103. V. C. 893. I. C. 141.

DIVA FAVSTINA PIA.

SIDERIBVS RECEPTA S. C. *Figura ſtolata ſtans, lunam habens circa humeros, vtraque manu geſtans facem; fortè Diana δᾳδοῦχος.*

AETERNITAS S. C. *Figura, dextra ciconiam tenens, vt videtur.*

*Antonini & Fauſtinæ capita, cum inſcrip Græca obliterata,*

. . . . . . ΛΛΙΩΝΟC ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. *Aeſculapius cum ſerpente baculo inuoluto, & Salus Dea cum ſerpente & patera ſeſe mutuò aſpicientes. Alb. princ.*

*Arg.* DIVA FAVSTINA.

AED. DIV. FAVSTINAE. *Templum.*

*Aur.* CONSECRATIO. *Figura togata.*

AETERNITAS. *Pauo. Item. Fig dextra globum, ſiniſtra temonem.*

AVGVSTA.
- *Figura ſiniſtra ſcipionem tenens. Alius haſtam geniculatam.*
- *Figura, dextra facem, ſiniſtra ſpicas.*
- *Figura, dextra facem, ſiniſtra bacillum.*
- *Figura aſſiſtens aræ ſacrificantis ritu.*

Orbis

AVGVSTA S. C. *Fig. stolata stans, dextra facem, sinistra spicas.*

AETERNITAS S. C.
- *Duo elephanti trahentes currum, in medio icuncula.*
- *Figura stans, dextram protendens, sinistra hastam puram.*
- *Cybele curru à duobus leonibus tracta, cum tympano in manibus.*
- *Figura stans, dextra victoriolam tenens, sinistra stolam leuans.*

*Aur.* DIVA AVGVSTA FAVSTINA.

CONCORDIAE. *Duæ figuræ iungentes dexteras.*
PIETAS AVG. *Figura ad aram sacrificans.*
DEDICATIO AEDIS. *Templum. Alb. pr.*

AETERNITAS S. C. *Fig. stans, dextra globum, sinistra hastam.*
MATRI DEVM SALVTARI S. C. *Cybele cum 2. leonibus.*
EX S. C. *Biga duorum eleph. à duabus mulieribus gubernata: bigis insidet figura cum sceptro.*
PIETAS AVG. S. C. *vt superior aureus.*

ΘΕΑ ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ.

Μ. ΑΥΡΕΑ. ΑΝΤωΝΙΝΟϹ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡ.

*Hic nummus est apud Illustriss. Alb. pr. tamen mihi multis nominibus suspectus, etsi valde elegans, & nimis venustus.*

*Hoc anno Faustina moritur.*

# M. AVRELIVS ANTONINVS PHILOSOPHVS.

*Μάλιστα μὲν ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἤλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν.*

M. AVRELIVS Antoninus, cognomento Philoſophus, Annij Veri è Domitia Caluilla F. ab Hadriano M. Annius Verus appellatus, deinde ab Antonino Pio adoptatus decimo octauo ætatis anno, in ſecundo Conſulatu Antonini iam patris ſui pro Annio Aurelius cœpit vocari. is propinquum ſuum L. Annium Verum ad Imperij partem nouo beneuolentiæ genere aſciuit. hoc elogium tulit: ὅτι ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη. οὕτως ὡς

ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποίητον εἶχε. πάμπολλα μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη. Homo æger toto ferè principatus sui tempore in plurimos morbos incidit, vsus opera Galeni Pergameni medici suo tempore clarissimi: tandem omnium hominum qui vnquam principatum tenuerunt, optimus mortuus est, aut morte naturali, aut (vt alij) à medicis, qui Commodo gratificabantur, peremptus, anno Imperij XIX. Vixit annis LVIII. Vide Iul. Capitolinum, Dionem, Xiphilinum, Suidam, & ipsum etiam Galenum libro περὶ τοῦ προγινώσκειν.

M. Ant. Phil. nihil quicquam esse dicebat quod imp. Romanum magis commendaret gentibus, quàm clementia; eáque de causa, neque quidem in rebelles suos sæuitum voluit. Pier. Valerianus lib. 2. fol. 20.

ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙ. *Facies Anton. Philos.*
. . . . ΑΙΓΕΑΙΩΝ. *Cybele turrita. Alb. pr.*

Primum Cos. adeptus.

Orbis 4102. V. C. 892. I. C. 140.

*Aur.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. COS.

*Arg.* IVVENTAS. *Figura stolata stans ad aram, cum patera sinistra.*

PIETAS AVG. *Vasa Pontif. secespita, aspergillum, guttus, lituus, & capeduncula. Alb. pr.*

HONOS. *Figura stolata stans, dextra ramum lauri, sinistra cornucopia.*

IVVENTAS S. C.
PIETAS AVG. S. C. } *vt superiores.*

Cos. desig. II.

Orbis 4106. V. C. 896. I. C. 144.

*Arg.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. COS. DES. II. *Figura stans, dextra ramum, sinistra cornucopia.*

Cos. II.

Orbis 4107. V. C. 897. I. C. 145.

*Aur.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. TR. P. COS. II. *Pallas, dextra hastam, sinistra scutum. Alb. pr.*

*Arg.* VIRTVS COS. II. *Figura militaris stans, dextra hastam, sinistra scipionem.*

COS. II. *Fig. stans, dextra ramum lauri, sinistra cornucop.*

*Eadem inscriptio. Spei typus.*

COS. II.

COS. II. S. C. *Figura stans, dextra bacillum, sinistra hastam.*

TR. P. COS. II. S. C. *Figura militaris galeata, dextra hastam, sinistra scutum. Alius. Spei typus.*

TR. POT. COS. II. S. C. HONOS. *Figura stolata stans, sinistra cornucop. dextra hastam.*

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. COS. II.

S. C. *Quadriga triumphales.*

S. C. *Figura stans, dextra palmam, sinistra cornucopia.*

HILARITAS S. C.

Orbis 4109. V. C. 899. I. C. 147. Tr. p. Cos. II.

*Aur.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII F.

TR. P. COS. II. *Pallas, dextra hastam, sinistra scutum.*

*Arg.* TR. POT. COS. II. *Spei typus. Idem ex aere &* S. C.

Orbis 4110. V. C. 900. I. C. 148. Tr. p. II. Cos. II.

*Aur.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. *(cum floribus.*

TR. P. II. COS. II. *Figura stans, dextra duas spicas, sinistra canistrum*

*Eadem inscript. Fig. militaris stans, dextra hastam, sinistra clypeum.*

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. TR. POT. II.

S. C. *Quadriga triumphales.*

Orbis 4111. V. C. 901. I. C. 149. Tr. p. III. Cos. II.

*Arg.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII F.

TR. P. III. COS. II. *Fig. galeata, dextra hastile, sinistram imponens scuto.*

*Eadem inscript. Figura dextram protendens, sinistra hastam tenens: ad pedes globus.*

TR. P. III. COS. II. S. C. *Figura stolata stans, sinistra hastam, dextra spicas, vt videtur, cum puerulo assistente.*

Orbis 4112. V. C. 902. I. C. 150. Tr. p. IIII. Cos. II.

Orbis 4113. V. C. 903. I. C. 151. Tr. p. V. Cos. II.

Tr.p.VI. Orbis 4114. V.C.904. I.C.152.
Cos. II. *Aur.* AVRELIVS CAESAR ANTONINI AVG. PII F. *alij* FIL.
TR. P. VI. COS. II. CLEM. *Dea Clementia cum patera dextra.*
TR. POT. VI. COS. II. *Figura stans coram ara, dextra pateram, sinistra signum militare.*

TR. P. VI. COS. II. VIRTVS S. C. *Figura militaris.*

Tr.p.VII. Orbis 4115. V. C. 905. I. C. 153.
Cos. II. *Aur.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII FIL.
*Arg.* TR.P VII. COS. II.
- *Figura militaris stans, dextra victoriolam, sinistra scipionem.*
- *Figura stans, dextra pateram coram ara, sinistra signum militare.*
- *Figura galeata insidens clypeo, dextra victoriolam.*
- *Figura stans, dextra victoriolam; sinistra hastam cum clypeo.*
- *Victoria sedens, cum scuto à tergo.*

TR. POT. VII. COS. II. S. C. *Figura sedens cum clypeo ad dextram.*

Tr.p. VIII. Orbis 4116. V. C. 906. I. C. 154.
Cos. II. AVRELIVS CAESAR AVG. PII F.
TR. P. VIII. COS. II.
- *Figura stans, dextram extendens super ara, sinistra quasi scipionem cum assistente aquila.*
- *Figura militaris galeata stans, dextra hastam.*
- S. C. *Figura sedens, dextra hastam, sinistrā imponens scuto.*
- S. C. *Figura stans, dextra victoriolā, sin. hastam cū clypeo.*

Tr.p.IX. Orbis 4117. V. C.907. I. C.155.
Cos. II. *Arg.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. *Aurelius iam barbescens.*
TR. P. VIIII. COS. II. *Pallas; dextra noctuam, sinistra hastam cum clypeo.*

TR. POT. VIIII. COS. II. S. C. *Salutis stantis typus.*
TR. POT. IX. COS. II. S. C. *Figura stans, dextra victoriolam, sinistra hastam cum clypeo.*

Orbis

Orbis 4118. V. C. 908. I. C. 156. Tr. p. X. Col. II.

*Aur.* AVRELIVS CAES. ANTON. AVG. PII F.

*Arg.* TR. P. X. COS. II. { *Pallas armata.* / *Figura galeata, dextra velut i serpentem, sinistra hastam.* / *Figura, dextra pateram, sinistra hastam.* }

TR. P. X. COS. II. S. C. *Figura stans, dextra victoriolam, sinistra hastam cum clypeo.*

Orbis 4119. V. C. 909. I. C. 157. Tr. p. XI. Col. II.

*Arg.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII F.

TR. P. XI. COS. II. { *Figura militaris stans, sinistra hastam.* / *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra hastam.* / *Figura militaris, sinistra hastam, dextra ignotum quiddam.* }

Orbis 4120. V. C. 910. I. C. 158. Tr. p. XII. Col. II.

*Arg.* AVRELIVS CAES. ANTON. AVG. PII F.

TR. P. XII. COS. II. { *Figura stolata, dextra caduceum, sinistra hastam.* / *Spei typus.* / *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra cornucopia.* }

Orbis 4121. V. C. 911. I. C. 159. Tr. p. XIII. Col. II.

*Aur.* AVRELIVS CAES. AVG. PII F.

*Arg.* TR. P. XIII. COS. II. { *Figura stolata stans, dextra pateram, sinistra lyram.* / *Figura stans, dextra hastam, sinistra scipionem militarem.* / *(Germani vocant* ain regiment*) sinistrum crus eleuans.* / *Spei typus.* }

TR. P. XIII. COS. II. S. C. *Figura stans, dextra globum tenens, sinistro cubito innixa columnæ.*

*Eadem inscript. Figura galeata, dextra hastam, sinistra scipionem, vt superior.*

Orbis 4122. V. C. 912. I. C. 160. Tr. p. XIIII. Col. II. Des. III.

*Arg.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII F.

TR. P. XIIII. COS. II. *Figura galeata, dextra hastam, sinistra clypeum. vt Pallas Domitiani.*

TR. POT. XIIII. COS. II. S. C. *Figura stolata stans, sinistra innixa columnæ hastam tenens, dextra caduceum.*

*Ead. inscript. Figura galeata stans, dextra hastam, sinistra scipionem militarem, sinistrum crus imponens globo.*

Tr. p. XV. Col. III. Orbis 4123. V. C. 913. I. C. 161.

*Arg.* AVRELIVS CAES. AVG. PII F.

TR. P. XV. COS. III. *Figura muliebris cum quatuor pueris.*

TR. P. XV. COS. III. S. C. *Quadriga triumph.*

*Hoc anno prænomen Marci accepit, & cum L. Vero Imperium administrare æquo iure cœpit.*

M. AVREL. ANTONINVS AVG.

COS. III. P. P. *Figura stolata stans, dextra ramum, sinistra clypeum cum hasta. Alius. Figura sedens cum ramo.*

IMP. M. AVREL. ANTONINVS AVG.

TR. P. XV. COS. III. CONCORD. AVG. *Dea Concordia sedens, dextra pateram, sinistra cornucop.*

TR. P. XV. COS. III. PROV. DEOR. *Figura stans, dextra globum, sinistra cornucop.*

*Aur.* IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS AV̄G.

TR. P. XV. COS. III. CONCORDIAE AVGVSTORVM. *Impp. dexteras iungentes.*

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS AVG. P. M.

LIB. AVGVSTOR. II. TR. P. XV. COS. III. S.C. *Imp. distribuens donatiuum aut congiarium.*

CONCORD. AVGVSTOR. TR. P. XV. COS. III. S.C. *vt superior.*

IMP. ANTONINVS AVG. COS. III. IMP. VERVS AVG. COS. II. VICTORIAE AVGVSTORVM S. C.

Orbis

Orbis 4124. V. C. 914. I. C. 162. Tr. p. XVI. Col. III.

*Arg.* M. ANTONINVS AVG.

COS. III. P. P. *Figura galeata stans, dextra ramum, sinistra hastam.*

TR. P. XVI. COS. III. CONCORD. AVG. *Dea Concord. sedens, dextra pateram porrigens, sinistra incumbens sellæ cum cornucop.*

TR. P. XVI. COS. III. PROV. DEOR. *Fig. stolata stans, dextra globum, sinistra cornucopiæ.*

IMP. M. AVREL. ANTONINVS AVG.

TR. P. XVI. COS. III. PROV. DEOR. *Vt superior.*

TR. P. XVI. COS. III. CONCORD. AVG. *Idem cũ superiore.*

*Aur.* IMP. M. AVREL. ANTONINVS AVG. P. M.

TR. P. XVI. COS. III. CONCORDIAE AVGVSTOR. *Impp. dexteras iungentes.*

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS AVG. P. M.

TR. P. XVI. COS. III. S. C. CONCORD. AVGVST. *vt prior.*

Orbis 4125. V. C. 915. I. C. 163. Tr. p XVII. Col. III.

*Arg.* IMP. M. ANTONINVS AVG.

*Aur.* TR. P. XVII. COS. III. { CONCORD. AVG. / PROV. DEOR. } *vt superiore anno.* / SALVTI AVGVSTOR. *Salutis typus cum patera.*

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS AVG. P. M.

SALVTI AVGVSTOR. TR. P. XVII. COS. III. S. C. *Salutis typus. Figura stans, dextra pateram super ara, ex qua erũpit serpens.*

Orbis 4126. V. C. 916. I. C. 164. Tr. p: XVIII. Imp. II. Col. III.

*Arg.* M. ANTONINVS AVG. IMP. II.

TR. P. XVIII. COS. III. *Figura sedens, dextra hastam, sinistra cornucopiæ.*

TR. P. XVIII. COS. III. CONCORD. AVG. *Figura sedens, dextra pateram.*

ANTO-

ANTONINVS AVG. ARMENIACVS.

TR. P. XVIII. COS. III. IMP. II. { *Figura militaris stans, dextra hastam, sinistrā imponens scuto.* / *Victoria stans, sinistra clypeum tenens super palma, in quo inscriptio,* VIC. AVG. *Victoria Armeniaca.* / ARMEN. *Armenia typus.*

M. AVREL. ANTONINVS AVG. ARMENIACVS P. M. TR. P. XVIII. IMP. II. COS. III. S. C. *Figura galeata, dextra ramum, sinistra hastam cum scuto. Alius dextra hastam, sinistra scutum.*

Tr. p. XIX. Imp. II. III Cos. III.

Orbis 4127. V. C. 917. I. C. 165.

*Aur.* ANTONINVS AVG. ARMENIACVS.

*Arg.* P. M. TR. P. XIX. IMP. II. COS. III. { *Figura dextram imponens aræ, sinistra stolam leuans.* / *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra cornucopia.* / ARMEN. *Armeniæ sedentis typus.*

P. M. TR. P. XIX. IMP. III. COS. III. *Figura stolata stans, dextra spicas, sinistra cornucopia.*

M. AVREL. ANTONINVS AVG. ARMENIACVS P. M. TR. P. XIX. IMP. II. COS. III. S. C. { *Mars gradiuus, dextra hastam, sinistra spolia.* / *Figura galeata stans, dextra hastam, sinistra scutum.* / *Figura muliebris stolata stans, dextra caduceū, sin. cornucop.*

TR. P. XIX. IMP. III. COS. III. S. C. *Figura militaris stans, sinistra hastam tenens.*

*Arg.* *Eadem inscript. Figura galeata scuto insidens, dextra victoriolam, sinistra (hastam.*

Tr. p. XX. Imp. III. IIII. Cos. III.

Orbis 4128. V. C. 918. I. C. 166.

*Arg.* M. ANTONINVS AVG. ARMENIACVS.

P. M. TR. P. XX. IMP. III. COS. III. *Roma victrix.*

TR. P. XX. COS. III. PIETAS AVG. *Figura sacrificans.*

TR. P. XX. COS. III. LIB. AVG. III. *Figura stolata stans, dextra tesseram tenens, sinistra cornucopia.*

TR. P. XX. COS. III. VICT. AVG. *Victoria gradiens.*

P. M. TR. P. XX. IMP. IIII. COS. III.

M. AN-

*Arg.* M. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX.
TR. P. XX. COS. III. PIETAS AVG. *vt superior.*
TR. P. XX. IMP. IIII. COS. III. PAX. *Figura, dextra ramum, finistra cornucopia.*
*Victoria palmam gestans.*
*Figura, dextra cornucop. finistra clypeum super arbore, &* VIC. PAR.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. ARMENIACVS P. M.
TR. P. XX. IMP. III. COS. III. S. C. *Figura insidens clypeo, dextra victoriolam, finistra hastam.*
TR. P. XX. IMP. IIII. COS. III. S. C. *Prouid. typus. Figura stans, dextra bacillum, finistra hastam: ad pedes globus.*
*Eadem inscriptio. Figura galeata sedens, dextra victoriolã, finistra hastam.*

M. AVREL. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX.
TR. P. XX. IMP. IIII. COS. III. S. C. *Victoria, dextra palmam, finistra clypeum impositum trunco palmæ, in quo* VIC. PAR.

Orbis 4129. V.C. 919. I. C. 167. Tr.p.xxi. Imp.iiii. Cos.iii.

*Aur.* M. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX.
TR. P. XXI. IMP. IIII. COS. III. *Victoria stans, dextra lauream, finistra palmam. Idem ex ære &* S. C.
*Arg.* *Eadem inscriptio. Figura, dextra bilancem (in alio ramum) finist. cornucop.*
*Eadem inscriptio. Prouidentiæ typus. Figura stans, radio globum tangens, finistra hastam.*

Orbis 4130. V. C. 920. I. C. 168. Tr. p. xxii. Imp. iiii. v.

*Arg.* M. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX.
TR. P. XXII. IMP. IIII. COS. III. *Figura, dextra bilancem, finistra cornucopiæ.*
*Aur.* TR. P. XXII. IMP. V. COS. III. FORT. RED.
*Arg.* *Fortuna redux, cum temone & cornucop. Alb. pr.*

TR. POT. XXII. IMP. IIII. COS. III. S. C. *Figura galeata, finistra clypeum tenens.*
TR. POT. XXII. IMP. V. COS. III. S. C. *Figura sedens, dextra bilancem, finistra cornucopiæ.*

M. ANTONINVS AVGVSTVS. *Caput Anton. corona radiata.*
IMP. V. COS. III. S. C. *Figura galeata sedens, dextra victoriolam, (sinistra hastam.*

Orbis 4131. V. C. 921. I. C. 169.

Tr. p. XXIII. Imp. V. VI. Cos. III. *Arg.* M. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX.
TR. P. XXIII. IMP. V. COS. III. *Figura sedens, dextra bilancem, sinistra cornucopiæ. idem ex ære &* S. C.
P. M. TR. P. XXIII. IMP. VI. COS. III. ARMENIA.

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXIII.
SALVTI AVG. COS. III. *Salutis stantis typus.*
SALVS AVG. COS. III. *Salutis typus. idem ex ære &* S. C.
FORT. RED. COS. III. *Fort. sedens, dextra temonem, sin. cornucop.*
LIBERAL. AVG. V. COS. III. *Figura stolata stans, dextra congium aut tesseram frum. sinistra cornucopia.*

VIC.
GERMA.
IMP. VI. } *In medio corona quercea.*
COS. III.
S. C.

S. C. *Victoria cum clypeo super trunco arboris, in quo* VIC. GER.

ANTONINVS AVG.
CTA. IMP. VI. COS. III. S. C. *Trophæum cum captiuo.*

Orbis 4132. V. C. 922. I. C. 170.

Tr. p. XXIIII. Imp. VI. Cos. III. *Arg.* M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXIIII.

τὸ φαῖον τὸ φοινικοῦς.

COS. III. {
LIBERAL. AVG. V. *alij* VI. *vt superior.*
FELICIT. AVG. *Figura stans, dextra hastam, sin. cornuc.*
VICT. AVG. *Victoria gradiens, dextra lauream, sin. palmam.*
*Figura stans, dextra temonem, sinistra cornucop.*
*Figura stans, dextra bacillum, sinistra quasi arcum.*
SALVTI AVG. *Dea Salus stans coram ara, dextra pateram cum serpente, sinistra hastam. idem ex ære &* S. C.
}

PROFECTIO AVG. S. C. *Imp. eques armatus cum hasta, milite legionario præcedente, & tribus subsequentibus aliis. Pasqual. Caracciolo fol. 67.*

Orbis

Orbis 4133. V. C. 923. I. C. 171. Tr. p. XXV. Imp VI. Cos. III.

*Arg.* M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXV.
COS. III. *Roma galeata insidens spoliis, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

IMP. M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXV.
COS. III. { *Mars gradiuus gestans spolia.* / *Figura stolata stans, dextra scipionem, sinistra lorum.* / *Iuppiter sedens, dextra fulmen, sinistra hastam.* }
PRIMI DECENNALES COS. III. / VOTA SVSC. DECENN. COS. III. } *Figura sacrificantes.*
VOTA SOL. DECENN. COS. III. *Idem cum superioribus.*

PRIMI DECEN NALES COS. III. S. C. } *In corona laurea.*

VOTA SVSCEPTA DECENN. II. COS. III. S. C. *Vt suprà.*
COS. III. S. C. *Iuppiter sedens, dextra fulmen, sinistra hastam.*
FIDES EXERCITVVM S. C. *Figura stolata stans, dextra victoriolam, sinistra signum militare.*

Orbis 4134. V. C. 924. I. C. 172. Tr. p. XXVI. Imp. VI. Cos. III.

*Arg.* M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXVI.
IMP. VI. COS. III. { *Figura, dextra stateram, sinistra cornucopia.* / *Figura militaris, dextra hastam, sinistram imponens scuto.* / *Figura galeata sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.* / *Victoria stans coram trunco arboris, in quo clypeus & inscriptio* VIC. GERM. }

IMP. VI. COS. III. S. C. {
VIRTVS AVG. / ADVENTVS AVG. } *Pons.*
VICT. GERM. *In corona. Alius cum Victoria.*
RELIG. AVG. *Mercurius sinistra caduceum, dextra crumenam.*
*Roma insidens trophæo & spoliis.*
*Figura sedens, dextra victoriolam, sinistra bacillum, ad sellam scutum.*
*Figura galeata spoliis insidens, sinistro cubito innixa scuto, dextra bacillum tenens.* }

Orbis 4135. V. C. 925. I. C. 173.

Tr. p. XXVII. Imp. VI. Cos. III.

*Arg.* M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXVII.

IMP. VI. COS. III.
- *Figura stolata stans, dextra ramum, sinistra hastile.*
- *Victoria, dextra lauream, sinistra trophæum.*
- *Figura militaris, dextra hastam, sinistram imponens scuto.*

VICT. GERM. IMP. VI. COS. III. S. C. — *In corona laurea.*

IMP. VI. COS. III. S. C.
- ADVENTVS AVG.
- RELIG. AVG. *Templum aut porticus. Samb. Embl. 236.*
- *Idem. Mercurius cum caduceo & crumena.*
- MARTI VICTORI. *Mars sinistra hastam, dextra clypeum in quo* S. C.
- GERMANICO AVG. *Germaniæ deuictæ typus duabus figuris expressus, altera stante, altera sedente, ligatis ad arborem cum multis trophæis.*
- VIC. GER. *Victoria inscribens clypeo super trunco arboris.*
- RESTITVTORI ITALIAE. *Imp. stans, dextram porrigens Italiæ procumbenti in genua. Alb. pr.*

GERMANIA SVBACTA S. C.

ROM. . . . . . *Roma sedens, dextra Victor. sinistra hastam.*

Orbis 4136. V. C. 926. I. C. 174.

Tr. p. XXVIII. Imp. VI. VII. Cos. III.

*Aur.* M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXVIII.

*Arg.* IMP. VI. COS. III.
- *Figura equestris habitu pacificatoris, dextram eleuans. Alb. pr. pulcherrimus aureus.*
- *Trophæum cui assidet captiuus.*
- *Figura stolata stans, dextra ramum, sinistra hastam. Alb. pr.*
- *Mars gradiuus cum spoliis.*
- *Figura nuda, dextra pateram, sinistra duas spicas.*

IMP. VII. COS. III.
- *Genij typus, vt superior, cum patera & spicis.*
- *Figura militaris, sinistra hastam.*

ANTONI-

ANTONINVS AVG.

CTA IMP. VI. COS. III. S. C. *Trophaum cum captiuo humi desidente. fortè Germania subacta aut deuicta legendum.*

*Bello Germanico, Quadis Christianorum beneficio deuictis.*

VICTORIA GERMANICA. IMP. VI. COS. III. S. C.

Æ. M. ANTONINVS AVG. GERM.

AVG. *Figura stolata stans, sinistra hastam, dextra pateram. reliqua legi nequeunt.*

Orbis 4137. V. C. 917. I. C. 175. Tr. p. XXIX. Imp. VIII. Cos. III.

*Arg.* M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXVIIII.

IMP. VII. COS. III. *Figura militaris stans, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

*Eadem inscriptio. Figura gestans vtraque manu quasi serpentes.*

COS. III. *Idem cum priore.*

M. ANTONINVS AVG. GERM. SARM.

TR. P. XXIX. IMP. VIII. COS. III. *Figura militaris galeata stans, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXIX.

IMP. VII. COS. III. S. C. {
- *Tiberis.*
- *Mars gradiuus.*
- *Figura stolata, dextra duas spicas, sinistra cornucopia, ad dextrum eius canistrum cum frugibus.*
- CONCORD. EXERC. *Duæ dexteræ iunctæ, in quarum medio signum militare.*
- VIC. AVG. *in clypeo quem tenet Victoria dextra, spoliis insidens, sinistra palmam cum trophæo.*

M. AVREL. ANTONINVS AVG. TR. P. XXIX.

ANNONA AVG. IMP. VII. COS. III. S. C. *Panarium seu vas frumentarium, in quo quatuor spicæ & papauer.*

M. ANTONINVS AVG. GERM. TR. P. XXIX. IMP. VII. COS. III. S. C. *Figura stolata stans, dextra duas spicas tenens super vase spicis pleno, sinistra cornucop.*

Tr. p XXX. Imp. VIII. Cos. III. Orbis 4138. V. C. 928. I. C. 176.

*Arg.* M. ANTONINVS AVG. GERM. SARM.

TR. P. XXX. IMP. VIII. COS. III.
- P. P. DE GERM. *Trophaeum cum duobus captiuis.*
- *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra cornucop.*
- *Fig. stolata stans, dextra bilancem, sinistra cornucopia.*
- *Fig. militaris stans, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

LIBERALITAS AVG. VII. IMP. VIII. COS. III. S. C. *Relig.* 154. TR. P. XXX. IMP. VIII. COS. III. S. C. *Dextera iuncta cum caduceo & spicis in medio.*

SECVRIT. TR. P. XXX. IMP. VIII. COS. III. S. C. *Figura muliebris sedens, dextram in sublime attollens.*

Tr. p. XXXI. Imp. VIII. Cos. III. Orbis 4139. V. C. 929. I. C. 177.

*Arg.* M. ANTONINVS AVG. GERM. SARM. TR. P. XXXI. IMP. VIII. COS. III. P. P. *Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam.* φοῖνιξ τῶ φοινικὸς.

M. ANTONINVS AVG. GERM. SARMATICVS. TR. POT. XXXI. COS. III. S. C. *Figura stans, dextram imponens ara.*

M. AVREL. ANTONINVS AVG. GER. SARM. TR. P. XXXI.

IMP. VIII. COS. III. P. P. S. C.
- DE SARM. *Trophaeum cum duobus captiuis.*
- DE GERMANIS.
- FELICITATI AVG. *Triremis cum Neptuno.*
- LIBERALITAS AVG. VI. *aut* VII. *Figura stans, dextra tesseram frumentariam, sinistra cornucop.*

Tr. p. XXXII. Imp. IX. Cos. III. Orbis 4140. V. C. 930. I. C. 179.

*Arg.* M. AVREL. ANTONINVS AVG. TR. P. XXXII. IMP. VIIII. COS. III. P. P. *Figura sedens, dextra ramum, sinistro cubito innixa sella.*

Eadem

*Aur.* *Eadem inscript. Figura stans, dextra spicas super panario, sinistra cornucopia. Alb. pr.*

VOTA PVBLICA IMP. VIIII. COS. III. P. P. S. C.

Orbis 4141. V. C. 931. I. C. 180. Tr. p. XXXIII. Imp. IX. X. Col. III.

*Arg.* M. AVREL. ANTONINVS AVG.
TR. P. XXXIII. IMP. VIIII. COS. III. P. P. *Figura militaris, dextra hastam, sinistram imponens scuto.*
TR. P. XXXIII. IMP. X. COS. III. P. P. *Idem cum superiore.*
P. M. TR. P. XXXIII. IMP. X. COS. III. P. P. *Fortuna sedens, dextra temonem, sinistra cornucopia.*

M. AVREL. ANTONINVS AVG. TR. P. XXXIII.
FELICITAS AVG. IMP. VIIII. (*alij* X.) COS. III. P. P. S. C. *Figura stans, dextra caduceum, sinistra hastam.*
IMP. X. COS. III. P. P. S. C. *Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam.*

*Æ.* M. ANTONINVS AVG.
TR. P. XX. . . . . COS. III. *Figura sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

Orbis 4142. V. C. 932. I. C. 181. Tr. p. XXXIIII. Imp. X. Col. III.

*Arg.* M. AVREL. ANTONINVS AVG.
TR. P. XXXIIII. IMP. X. COS. III. P. P. *Miles gradiens, dextra hastam, sinistram scuto imponens. Idem ex aere &* S. C.
*Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam* S. C.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. TR. P. XXXIIII.
IMP. X. COS. III. P. P. S. C. *Victoria gradiens, vt superior.*

*Arg.* DIVVS M. ANTONINVS PIVS.
CONSECRATIO. *Aquila inflexo capite lauream rostro tenens.*

CONSECRATIO S. C. { *Aquila ferens animam Imp. in cælum.*
*Aquila insistens globo.*
*Aquila insistens aræ.*
*Rogus qualem Herod. describit in Seuero.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ.
ΘΕϹϹΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. *Erizzo* 477.

ΑΥ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ.
ΟΛϹΩϹΙΑΙΚΑ ΕΙΑϹ.
ϹΤΙΓ. *Monticuli plurimi.*

ΝΕΙΚΟΜΗ. ΜΗΤΡΟ ΝΕΩΚΟ. *Figura stans in templo, dextra spicas, vt videtur, deorsum porrigens, sinistra hastam.*

Μ. ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΑΝΤΟΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ.
*Auersa. Orpheus lyram pulsans assistentibus animalibus.* Eriz. 480.

ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ.
*Nili fl. simulacrum cum hippopotamo.*

## FAVSTINA M. ANTONINI

ANTONINI Pij & Faustinæ filia, vxor M. Aurelij Antonini: cuius vitia ita tulit Antoninus, vt nec ea curiosius inuestigaret, nec puniret. Hæc cuiusdam gladiatoris amore capta, Commodum genuit, & hausto eius quem afflictim deperierat sanguine, ab ærumnosa erotici amoris affectione liberata est. Moritur vel ex podagra, vel alia ex causa, ne ob ea de quibus cum Cassio conuenerat, argueretur.

*Ant.* FAVSTINA AVG. PII AVG. F.
CONCORDIA. *Cornix.*
*Concordia apud veteres exprimebatur interdum per ciconiam, interdum per cornicem, vt in hoc meo nummo elegantiss. vnde Alciatus,*
*Cornicum mira inter se concordia vitæ est,*
*Inq; vicem nunquam contaminata fides.*

*Eadem*

*Eadem inscript.* *Figura stans, dextra spicas, sinistra pateram cum frugibus.*
*Figura, sinistra cornucop. dextra ramum. eadem inscript.*
HILARITAS. *Figura, dextra palmam, sinistra cornucop.*

VENVS S. C. *Venus dextra temonem, sinistra globum aut pomum.*
SALVTI AVGVSTAE S. C. *Salutis sedentis typus, cum patera & serpente.*

Æ. ΦΑΥCΤΕΙΝΑ ΑΥΓΟΥCΤΑ.
ΑCΚΛ. Β. C. *Duæ figuræ stantes cum sideribus aut astro super capite, & luna intermedia sese mutuò aspicientes. Alb. pr. rarus.*

*Arg.* ΦΑΟΥCΤΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ.
ΠΕΡΝΙΚΗC ΤΩΝ Κ. . . . .
*Duo pueruli insidentes lectulo. Alb. pr. rarus.*

*Arg.* FAVSTINA AVGVSTA.
FECVNDITAS. *Figura stans, dextra hastam, sinistra puerulum.*
VENVS GENETRIX. *Figura stolata stans, dextra victoriolam, sinistra clypeum.*
CONCORDIA.
MATRI MAGNAE. *Cybele turrita, sinistra cornucop. dextra spicas, ad sinistram leo & tympanum.*
*Cybele leoninæ insidens sellæ, sphæram inter manum atque genu continet, terrarum orbem designans. Pier. Valer. lib. 39. fol. 289.*
FORTVNAE MVLIEBRI.
IVNONI REGINAE. *Iuno cum pauone & patera.*
TEMPOR. FELIC. *Mulier cum quatuor puerulis; quorum duo stant ad pedes, reliqui duo brachiis gestantur.*
AVGVSTI PII FILIA. { *Figura stolata, dextra pateram, sinistra cornucopiæ.* / *Figura militaris, dextra victoriolam, sinistra clypeum.* / *Figura stolata, dextra victoriolam, sinistram imponens scuto.* }
*Isti omnes ex ære quoque cum* S. C.
FECVND. AVGVSTAE. *Mulier cum quatuor puerulis.*
SAECVLI FELICIT. *Duo pueruli sedentes in lectulo, Commodus & Antoninus. Lamprid. 162.*

SALVTI AVGVSTAE S. C. *Salus sedens cum patera.*

IVNO S. C. *Figura stolata stans, dextra pateram, sinistra hastam cum pauone.*

VENVS FELIX S. C. *Figura sedens, dextra icunculam tenens, sinistra hastam.*

FECVNDITAS S. C. *Figura stans, dextra hastam, sinistra icunculam.*

HILARITAS S. C. *Figura stans, dextra palmam, sinistra cornucop.*

DIANA LVCIFERA S. C. *Figura muliebris, vtraque manu facem gestans.*

*Ead. inscript. Figura stolata, dextra victoriolam, sinistram imponens clypeo.*

*Arg.* FAVSTINA AVG. PII AVG. FIL.

CONCORDIA. *Figura sedens, dextra spicas, sinistra cornucop.*

*Arg.* FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII FIL.

CONCORDIA. *Figura stolata stans, dextra duas spicas deorsum inclinans, sinistra cornucop. Alb. pr.*

PVDICITIA S. C. *Figura sedens.*

VENVS S. C. *vt superiores.*

S. C. *Sex figuræ sacrificantes cum puerulo assistente.*

*Aur.* FAVSTINAE AVG. PII AVG. FIL.

VENVS. *Venus stans, dextra pomum aut globum, sinistra temonem.*

PVDICITIA. *Figura velata, dextram ori admouens, sinistra stolam leuans. Pudicitiæ typus. idem æreus* S. C.

LAETITIAE PVBLICAE. *Figura stolata stans, dextra capeduncculam, sinistra hastam. Alb. pr.*

HILARITAS S.C. *Figura stans, dextrā admouens capiti, sin. palmam.*

*Arg.* DIVA AVG. FAVSTINA.

CONSECRATIO. *Rogus. Alb. pr.*

DIVA FAVSTINA PIA.

CONSECRATIO. *Cum pauone & hasta pura.*

*Eadem inscript. Luna crescens inter septem triones seu stellas.*

CONSE-

CONSECRATIO S. C. *Figura Imperatricis à pauone in cælum delata. Alius eadem inscript. cum ara.*

SIDERIBVS RECEPTA S. C. *Figura stolata stans, facem vtraque manu per transuersum tenens.*

*Mater exercituum dicta deuictis Quadis.*

*Arg.* DIVAE FAVSTINAE AVG. MATR. CASTROR. CONSECRATIO. *Rogus. Alb. pr.*

# AVIDIVS CASSIVS

CYPRIVS genere, in Oriente feliciter pugnauit contra Parthos; Babyloniam, Mediam, & Armeniam penetrauit, mortuo L. Vero Imperatorem se nominauit, Faustina volente, cùm de mariti valetudine desperaret. Imperium tribus mensibus & sex diebus somniauit, quarto Imperij mense occisus: caput eius ad Antoninum allatum, quod humari iussit. vide Dionem, Iul. Capitol. & Vulcat. Gallicanum.

Orbis 4131. V. C. 921. I. C. 169.

*Arg.* IMP. CAES. AVIDIVS CASSIVS PERPET. FIDES MILITVM.

# L. VERVS.

μηδὲν χρὴ στρατηγὸν ἄνδρα
αὐτοσχεδιάζοντα πράττειν.

L. ÆLII F. à Marco ad Imperium ascitus. Is ad Parthicum bellum à Vologeso gestum profectus, reuersus Romam cum Marco triumphauit, & cognomen Armeniaci Parthici Maximi meruit. inde cum eodem aduersus Germanos profecturus, inter Altinum & Concordiam emensis alpibus in vehiculo sedens cum fratre Marco apoplexia correptus interiit. Gal. περὶ προγινώσκειν, fol. 459. Λεύκιος ἀπεδήμει τῆς πόλεως ἕνεκα τοῦ παρθικοῦ πολέμου γενηθέντος ὑπὸ βολογέσου μετὰ χρόνον δ' οὐ πολὺν ἐπανεληλυθότος τοῦ λευκίου, πολέμου δ' ἑτέρου τοῦ πρὸς Γερμανοὺς πολεμηθέντος αὐτοῖς ἀρχὴ καθεστήκει. ἐξορμηκότες οὖν ἤδη τῆς πόλεως, ὡς ἐπὶ τὸν πόλεμον ὀκνοῦντες τε τοῦ χειμῶνος ἐν ἀκυληίᾳ διατρῖψαι παρεσκευακότες τε καὶ συγχωροῦντες τὸ στράτευμα, ὁ μὲν λεύκιος κατὰ μέσον τοῦ χειμῶνος μετηλλαχώς, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ κομίσας, εἰς Ῥώμην τὸ σῶμα καὶ ποιήσας ἀμφ' αὐτῷ τὰ νομιζόμενα, τῆς ἐπὶ τοὺς Γερμανοὺς ὁδοιπορίας εἴχετο. & reliqua.

Tr. p. Cos. II. — Orbis 4123. V. C. 913. I. C. 161.

Æ. IMP. L. AVR. VER.

ISTHMIA. *In medio nummo intra coronam pineam Isthmicis certaminibus victores primum apio coronari soliti, postea pinea corona; vt auctor est Plutarchus in Timoleonte.*

. . . . ATPHAIOC OTHPOC.

*Auersa figura equestris decurrens cum hasta in dextra. Litteræ reliquæ legi nequeunt. nummus est elegans & rarus, æreus.*

IMP. L. AVREL. VERVS AVG.

CONCORD. AVG. TR. P. COS. II. *Figura sedens, sinistra sellæ innixa, dextra pateram.*

Tr. p. II. Cos. II. — Orbis 4124. V. C. 914. I. C. 162.

*Aur.* IMP. L. AVREL. VERVS AVG.

TR. P. COS. II. CONCORD. AVG. *Figura sedens, dextra pateram.*

*Arg.* TR. P. II. COS. II. PROV. DEOR. *Figura, dextra globum, sinistra cornucopia.*

TR. P. II. COS. II. P. P.

*Aur.* IMP. CAES. L. AVREL. VERVS AVG.

*Arg.* CONCORDIAE AVGVSTOR. TR. P. COS. II. *Impp. iungentes dexteras. Alb. pr. aureus.*

CONCORD. AVGVSTOR. TR. P. II. COS. II. *vt superior. idem ex ære cum* S. C.

TR. P. II. COS. II. S. C. PROF. AVG. *Quatuor figuræ pedestres armatæ, in medio equestris.*

Tr. p. III. Cos. II. Imp. II. — Orbis 4125. V. C. 915. I. C. 163.

*Arg.* IMP. L. AVREL. VERVS AVG.

TR. P. III. COS. II. P. P. *Figura stans, vtraque manu ignotum quiddam gestans.*

TR. P. III. COS. II. PROV. DEOR. *Figura, dextra globum, sinistra cornucopia. Vide Pierium Valer. lib. 39. fol. 289.*

PROV. DEOR. TR. P. COS. II. *Idem cum superiore.*

IMP.

*Aur.* IMP. CAES. L. VERVS AVG.
TR. P. III. COS. II. FORT. RED. *Fortuna sedens, dextra temonem, sinistra cornucop. elegans dom. M. Fug.*

IMP. CAES. L. AVREL. VERVS AVG.
TR. P. III. COS. II. S. C. FELIC. AVG. *Nauis pratoria seu triremis: tales plurimi nummi reperiuntur diuersi, & quidam Imp. non numquam corona laurea, non numquam radiata insigniti.*

L. AVREL. VERVS AVG. ARMENIACVS.
ARMEN. S. C.
TR. P. III. IMP. II. COS. II. S. C. REX ARMEN. DAT.
TR. P. III. COS. II. FORT. RED. *Fort. cum temone.*

Orbis 4126. V. C. 916. I. C. 164. Tr. p. IIII. Imp. II. Cos. II.

*Aur.* L. VERVS AVG. ARMENIACVS.
TR. P. IIII. IMP. II. COS. II.
- REX ARMEN. DAT. *Imp. sedens pro tribunali cum duobus senatoribus, hinc inde assistentibus, & figura quadam coram tribunali.*
- *Figura nuda capite velato stans, cum spicis dextra.*
- *Arg.* *Figura militaris stans, dextra hastam, sinistra clypeum.*

L. AVREL. VERVS AVG. ARMENIACVS.
TR. P. IIII. IMP. II. COS. II. S. C.
- REX ARMENIIS DATVS. *vt superior.*
- VIC. PAR. *Victoria cum trophao trunco arboris adaptato, cum clypeo & inscript. priore.*
- VICT. AVG. *Victoria, sinistra spolia, ad pedes figura captiua.*
- *Eadem inscript. Figura galeata stans; dextra hastam, sinistra scutum.*
- *Mars gradiuus cum spoliis & hasta.*

Orbis 4127. V. C. 917. I. C. 165. Tr. p. V. Imp. III. Cos. II.

*Arg.* L. VERVS AVG. ARMENIACVS.
TR. P. V. IMP. III. COS. II.

*Arg.* L. VERVS AVG. ARM. PARTH. MAX.
TR. P. V. IMP. III. COS. II. *Figura equestris decurrens, captiuum prosternens.*
*Ead. inscript. Figura sedens reuinctis post tergum manibus, arma tenens Armeniaca, aut Parthica spolia.*

TR. P. V. IMP. III. COS. II. S. C. *Fig. captiua ad trophaeum.*
*Alius eadem inscript. Cum signis legionum.*

Tr. p. VI. Imp. IIII. Cos. II. Desig. III.

Orbis 4128. V. C. 918. I. C. 166.

*Arg.* L. VERVS AVG. ARM. PARTH. MAX.
TR. P. VI. IMP. IIII. COS. II. VIC. PAR.
*Idem ex aere cum* S. C. *Victoria dextra palmam, sinistra trophaeum cum clypeo, in quo* VIC. PAR.

L. AVREL. VERVS AVG. ARMENIACVS.
TR. P. VI. IMP. IIII. COS. II. S. C. *Victoria stans ad truncum arboris, cui impositus est clypeus hac inscript.* VIC. PAR.
*Ead. inscript. Tria trophaea cum tribus captiuis humi desidentibus.*
TR. P. VI. IMP. IIII. COS. II. DESIGN. III. S. C.

Tr. p. VII. Imp. IIII. Cos. III.

Orbis 4129. V. C. 919. I. C. 167.

*Aur.* L. VERVS AVG. ARM. PARTH. MAX.
*Arg.* TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III.
- *Victoria stans ad arborem, in qua clypeus & inscriptio,* VIC. PAR.
- *Victoria stans, dextra lauream, sinistra palmam.*
- *Figura stolata, dextra pileum, sinistra cornucopiae.*
- *Figura, dextra bilancem, sinistra cornucopiae.*

TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. P. P. S. C.

Tr. p. VIII. Imp. IIII. V. Cos. III.

Orbis 4130. V. C. 920. I. C. 168.

*Aur.* L. VERVS AVG. ARM. PARTH. MAX.
*Arg.* TR. P. VIII. IMP. IIII. COS. III. *Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra ramum palmae. Alb. pr. pulcher.*
TR. P. VIII. IMP. V. COS. III. *Figura sedens, dextra bilancem, sinistra cornucopiae. Idem ex aere cum* S. C.

L. AVREL.

L. AVREL. VERVS AVG. ARMENIAC.
TR. P. VIII. IMP. IIII. COS. III. S. C. *Tria trophaa.*
*Ead. inscript.* *Figura sedens, dextra bilancem, sinistra cornucop.*

Orbis 4131. V. C. 921. I. C. 169. Tr. p. IX

*Aur.* L. VERVS AVG. ARM. PARTH. MAX. Imp. V.
*Arg.* TR. P. VIIII. IMP. V. COS. III. *Figura sedens, dextra bilancem, sinistra cornucopia.* Cos. III.
*Eadem inscriptio.* *Figura galeata, dextra victoriolam, sinistra hastam,* & S. C.

*Æ.* L. VERVS AVG. ARM. PARTH. MAX. TR. P. VIIII. COS. III. *Roma spoliis insidens, cui Victoria à tergo imponit sertum seu lauream, & ante hanc alia figura galeata, sinistra sceptrum tenens, dextra porrigit ramum sedenti.*

*Roma in mole Hadriani.*
IMP. CAESARI L. AVRELIO VERO AVG. ARMENIAC.
MEDIC. PARTHIC. PONTIFIC. TRIBVNIC. POT. VIIII.
IMP. V. COS. III. P. P.

*Hoc anno L. Verus moritur.*

*Arg.* DIVVS VERVS.
CONSECRATIO. *Rogus. in alio aquila.*

DIVVS VERVS PARTHICVS.
CONSECRATIO S. C. { *Aquila insistens globo.* / *Aquila sursum spectans.* / *Quadriga elephantorum.* }

AYT. KAI. ΛΟΥΚΙΟC AYP. OYΗΡΟC. Embl. Samb.
ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ ΑCΙΑC ΕΦΕCΙΩΝ.
*Alius.* AYT. T. I. . . . . . ΙΩΝ. *Figura equestris decurrens.*
*Alius.* ΠΟΓΑΔΑΡΩ . . . . . AT. *Iuppiter insidens templo, sinistra hastam.*

ATT. KAI. OΥΗΡΟϹ.

ЄΠΙ ΤΡΑ. ЄΤ. Α. ΟΥ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. *Quadriga aurigante sole, qui vtraque manu facem gestat, diei & noctis symbolum exprimens. Alb. pr.*

A. ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ CЄΒ.

ΓЄΙΡΗΝΗ A. *Figura sedens, dextra pateram, vt videtur. Alb. pr. pulcherr.*

ATT. ΚΑΙ. ΛΟΥΚΙΟϹ ΑΥΡΗΛ. ΟΥΗΡΟϹ. *Facies L. Veri.*

ΘЄΑϹ ϹΥ-
ΡΙΑϹ ΙЄΡΟ- *In corona laurea.*
ΠΟ

## LVCILLA L. VERI.

M. AVRELII Antonini & Anniæ Faustinæ filia, vxor L. Veri, matre nihilomelior, fratre Commodo nihilo continentior, à Marco patre mittitur ad Verum maritum in Syriam; ad quam suscipiendam Ephesum venit Verus, ne Marcus cum ea in Syriam veniret, & flagitia sua cognosceret. Vero mortuo, luctus tempore nondum expleto, M. Aur. eam in vxorem dedit Claudio Pompeiano, quem & bis Cos. fecit, tandem à fratre Commodo occisa, & filius eius Lætus Pompeianus à Caracalla.

*Aur.* LVCILLAE AVG. ANTONINI AVG. F.

*Arg.* VOTA PVBLICA. *In corona laurea.*

CONCORDIA. *Figura sedens, dextra pateram, sinistra cornucopia.*

VESTA. *Vesta typus.*

VENVS. *Figura stans, dextra globum seu pomum, sinistra hastam.*

DIANA LVCIFERA. *Figura stolata stans, vtraque manu facem tenens.*

SECVRITAS. *Nutrix sedens tribus infantibus appositis, quorum vnus lactens in gremio est, duo ante pedes vnà colludunt. hunc non vidi. meminit Pier. Valer. lib. 30.*

PIETAS S. C. *Figura stans coram ara.*

VESTA S. C. *Vesta stolata stans coram ara, dextra simpullum, sinistra facem ardentem tenens.*

IVNONI LVCINAE S. C. *Figura sedens, dextra florem tenens.*

L. AE-

# L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS.

*ὁ μὲν πατὴρ εἰς οὐρανὸν ἀναπτὰς, ὀπαδὸς ἤδη καὶ σύνεδρος ἐστὶ θεῶν, ἡμῖν δὲ χρὴ μέλειν τῶν ἐν ἀνθρώποις καὶ τὰ ἐπὶ γῆς διοικεῖν.*

ANTONINI Philoſ. F. credebatur ex adulterio natus. Congruens ei corporis modus, præter ætatis florem pulchra viriliſque facies, tranquillæ faces oculis atque micantes, flaua & criſpa cæſaries, vt in ſole ambulanti velut igne quodam rutilaret. Sed pater ſpe filij quem optimè, quoad eius fieri potuit, educari atque inſtitui curauerat, fruſtratus eſt. Natus erat annos decem & nouem cùm pater eius moritur, & à prima ſtatim pueritia turpis, crudelis, impius, improbus, libidinoſus, ſcurram & gladiatorem magis quàm Imperatorem egit, & primis Imperij initiis, multos clariſſimos viros occidit. ſæuiit in Senatum & matrem Fauſtinam, quam & in exilium egit. ſororem Lucillam occidit, matronas & meretrices ſine delectu conſtuprauit. Cum barbaris bella geſſit auxilio Albini & Nigri, contra Britannos Vlpium Marcellum miſit. Hercules Romanus dici voluit propter feras occiſas & elephantum conto transfixum. Tandem poſt ſæuiſſimam tyrannidem, cùm vrbem etiam tamquam coloniam ſuam incendi iuſſiſſet, ſed prohibitus à Læto præfecto prætorij, facta ab eo & Electo in ipſum conſpiratione, adiuuante Marcia concubina Commodo dilectiſſima, veneno inefficaci ei prius exhibito, tandem ſtrangulatur, aut opera Narciſſi Athletæ lauans ſuffocatur ætatis anno trigeſimo ſecundo, Imperij tertiodecimo. cadauer Pertinacis iuſſu tranſlatum in molem Hadriani; in eo domus Aureliorum principatum amiſit; poſt cuius mortem bella & ſeditiones maximè extiterunt. Sub eo fuit tanta peſtilentia, quanta nunquam antè; nam indies ad duo millia hominum periere, & multi necabantur à maleficis hominibus, qui acus habebant veneno oblitas, quas in homines coniicerent. quod & ſub Domitiano factum commemorant.

Orbis 4137. V. C. 927. I. C. 175.

L. AVREL. COMMODVS CAES. AVG. FIL. GERM.
PRINC. IVVENT. S. C.

Orbis 4138. V. C. 928. I. C. 176. Tr. p. Coſ.

*Arg.* COMMODO CAES. AVG. FIL. GERM. SARM.
PRINCIPI IVVENTVTIS.
FORT. REDVCI. *In cippo.*

PIETAS AVG. S. C. *Vasa pontificalia.*

SPES PVBLICA S. C. *Spei typus.*

LIBERALITAS AVG. *Imp. ante quem stat figura distribuens congiarium, vt in sequentibus.*

*Herod. in Commodo:* μεγαλόφροσι δωρεαῖς χρημάτων οἰκειωσάμενος τὸ στρατιωτικὸν, εἰς τὴν βασίλειον ἐπανῆλθεν αὐλήν.

COMMODVS AVG.

COS. P. P. *Figura galeata stans, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

L. AVREL. COMMODVS AVG.

COS. P. P. *Commodus galeatus, cum victoria & hastili.*

*Figura sedens, dextra ramum tenens, dextro cubito sellæ innixa, & ad pedes duos serpentes.*

L. AVREL. COMMODO CAES. AVG. SARM. IMP.

PROVIDENTIAE AVGVSTI IMP. *Hercules nudus cum claua, dextro crure insistens proræ nauis, dextra ramum tenens, cui tres spicæ suprà, & totidem infrà adposita, eundem ramum figura stolata stans dextra adprehendit, sinistra sistrum seu crepitaculum tenens. Hunc nummum non vidi, videtur tamen rariss. & eleganriss. inter picturas Alb. pr.*

Tr.p.II. Cos.II. Imp.II. — Orbis 4139. V. C. 929. I. C. 177.

*Arg.* L. AEL. AVREL. COMMODVS AVG. F. . . . GERM.

P. M. TR. P. II. COS. P. P. *Iuppiter sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam. Alb. pr.*

P. M. TR. P. IMP. II. COS. II. P. P.

L. AVREL. COMMODVS AVG. TR. P. II.

*Auersa. Fortuna sedens, dextra temonem, sinistra cornucopia. reliqua in circumferentia legi nequeunt.*

IMP. L. AVREL. COMMODVS AVG. GERM. SARM. *Corona radiata.*

TR. P. II. COS. P. P. S. C. { DE SARM. / DE GERM. } *Trophæum reuinctis duobus ad tergum captiuis viro & femina.*

IMP.

IMP. CAES. L. AVREL. COMMODVS GERM. SARM.

TR. P. II. COS. *Salutis stantis typus, dextra pateram coram ara, sinistra hastam. Alb. pr.*

TR. P. II. COS. II. S. C. LIBERALITAS AVG. *Imp. insidens substructioni, cum quatuor figuris distribuens congiarium.*

Æ. IMP. COMMODVS AVG. GERM. SARM. CRISPINA AVGVSTA.

VOTA PVBLICA. *Vestalis iungens dexteras Imp. & Imperatricis.*

COMMODVS CAES. AVG. GER.

S. C. *Quatuor signa pontificalia.*

*Alius. Victoria tenens clypeum super trunco arboris, in quo* VIC. GER. S. C.

Orbis 4140. V. C. 930. I. C. 178. Tr. p. III. Imp. II. III. Cos. II.

COMMODO CAES. AVG. FIL. GERM. SARM.

TR. P. III. IMP. II. COS. III. P. P. *Spei sedentis typus.*

SPES PVBLICA S. C. *Spei typus.*

PIETAS AVG. S. C. *Signa pontificalia. reperiuntur plures tales diuersis typis, eadem inscriptione.*

L. AVREL. COMMODVS AVG. TR. P. III.

LIBERTAS AVG. IMP. II. COS. P. P. S. C. *Figura stolata stans, dextra pileum, sinistra scipionem, cum capite veluti asinino.*

*Fortuna sedens, dextra temonem, sinistra cornucop. reliqua desiderantur.*

*Victoria stans, dextra lauream, sinistra palmam.*

Orbis 4141. V. C. 931. I. C. 179. Tr. p. IIII. Imp. III. IIII. Cos. II.

*Arg.* L. AVREL. COMMODVS AVG.

TR. P. IIII. IMP. III. COS. II. P. P. *Fortunæ sedentis typus.*

*Eadem inscript. Fig. sedens, dextra pateram, sinistra palmam.*

*Arg.* L. AVREL. COMMODVS CAES. AVG. GERM.

P. M. TR. P. IIII. IMP. IIII. COS. II. P. P.

Erizzo fol. 555. L. AVREL. COMMODVS AVG. TR. P. IIII.
PROFECTIO AVG. *Imp. eques cum quatuor stipatoribus.*
. . . . . . COS. II. S. C. *Figura stolata stans ad aram sacrificantis ritu, sinistra tenens hastam cum clypeo.*
IMP. III. COS. II. P. P. S. C. *Figura stolata stans, dextra bacillum, sinistra hastam cum clypeo.*
*Eadem inscript. Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam super humerum protensam.*

Tr.p. V. Imp. IIII. Cos. II.

Orbis 4142. V. C. 932. I. C. 180.

*Arg.* L. AVREL. COMMODVS AVG.
TR. P. V. IMP. IIII. COS. II. P. P. *Fig. sedens, dextra ramum, in quibusdam temonem, sinistra cornucopiæ.*

L. AVREL. COMMODVS AVG. GER. SARM. TR. P. V.
IM. IIII. COS. II. P. P. *Victoria, dextra lauream, sinistra facem.*

IMP. CAES. L. AEL. AVREL. COMMODVS ANT. P. FEL. AVG. P.P.
IMP. TR. POT. V. COS. III. P. EXERC. *Imp. alloquitur cohortes.*

L. AVREL. COMMODVS AVG. TR. P. V. *Comm. corona radiata.*
IOVI VICTORI IMP. IIII. COS. II. P. P. S. C. *Iuppiter sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.*
VIRTVS AVG. IMP. IIII. COS. II. P.P. S. C. *Figura militaris sedens, dextra hastam, sinistra bacillum.*
AVG. S. C. *Figura galeata sedens, sinistra fulmen, dextra hastam.*

*Hoc anno Imperium cum prænomine Marci accepit.*

*Arg.* M. COMMODVS ANTON. AVG.
TR. P. V. IMP. IIII. COS. II. *Trophæum cum duabus figuris.*
LIB. AVG. TR. P. V. IMP. IIII. COS. II. P. P. *Figura stolata stans, dextra tesseram frum. sinistra cornucop.*

FEL.

FEL. AVG. S. C. *Figura muliebris stans, dextra ramum, sinistra hastam.*

PROV. DEOR. TR. P. V. IMP. IIII. COS. II. P. P. S.C. *Prouidentia typus cum scipione quo globum tangit, sinistra hastam.*

P. M. TR. P.V. IMP.IIII. COS. II.P.P. S.C. LIBERAL. AVG. *Imp. insidens substruct. largiturus donatiuum.*

M. AVREL. COMMODVS CAES. AVG. F. GERM.
LIBERALITAS AVG. S. C. *vt praecedens.*

Orbis 4143. V. C. 933. I. C. 181. — Tr.p. VI. Imp. IIII. Col. III.

*Arg.* M. ANTONINVS COMMODVS AVG.

TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P.
- LIB. AVG. IIII. *Fig. stans, dextra congium, sinistra cornucopiae.*
- *Figura stolata stans, dextra caduceū, finist. hastam.*
- *Figura militaris stās, dextra victoriolā, fin. hastam.*
- *Figura stolata stans, dextra bilancē, fin. cornucopiae.*
- *alij dextra ramum, alij spicas, finist. cornucopiae.*

TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. S.C. ANN. AVG. *Figura stolata stans, dextra spicas deorsum inclinans, sinistra cornucopiae.*

*Arg.* M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P.
- *Prouidentia typus. Figura stans, sinistra hastam, dextra rhabdum quo tangit globum. Alb. pr.*
- *Figura galeata insidens spoliis, dextra victoriolam, fin. hastam.*
- *Figura stolata stans, dextra ramum, sinistra cornucopiae.*
- *Figura stolata, dextra spicas deorsum tenens, fin. cornucopiae.*

TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. S. C.
- *Imp. insidens substruct. donatiuum largiens, vt sequens.*
- LIB. AVG. IIII. *Imp. distribuens donatiuum.*
- *Quadriga triumphales.*
- PROVID. DEOR. *Idem qui superiore anno.*
- IVPPITER CONSERVATOR. *Iuppiter dextra fulmen, sinistra hastam, protegens Imperatorem astantē.*

*Ipse pater rectorq́; Deûm cui dextra trisulcis*
*Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem.*

M. COMMODVS ANTONINVS AVG.
VOTA DECENN. SVSC. TR.P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. S. C.
*Figura ſtolata ſtans coram ara, dextra pateram, ſiniſtram ſtolæ inuoluens.*

Tr. p. vii. Imp. iiii. v. Coſ. iii.

Orbis 4144. V. C. 934. I. C. 182.

*Arg.* M. COMMODVS ANTONINVS AVG.
TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. P. P. { LIB. AVG. V. *Figura ſtans, dextra cong. ſiniſtra cornucopia.*
*Figura militaris gradiens, dextra haſtam, ſiniſtra tropheum ſuper humerum.*
*Figura militaris, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam.*

TR. P. VII. IMP. IIII. (*alij* V.) COS. III. P. P. S. C. *Figura ſtolata ſedens, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam.*

*Arg.* M. ANTONINVS COMMODVS AVG.
TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. P. P. *Figura, dextra tenens ſpicas deorſum, ſiniſtra cornucopia.*
ANN. AVG. TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. P. P. S. C. *vt prior.*

ANTONINVS COMMODVS AVG.
. . . . COS. III. P. P. S. C. *Figura, dextra tenens ſpicas, inclinatas ſuper panario repleto ſpicis, ſiniſtra cornucopia.*

M. AVREL. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG.
TR. P. VII. IMP. IIII. COS. IIII. P. P. *Figura ſtolata ſtans, dextra ramum, ſiniſtra cornucopia.*

Tr. p. viii. Imp. vi. Coſ. iiii.

Orbis 4145. V. C. 935. I. C. 183.

ANTONINVS AVG.
VOTA AVGVSTI COS. IIII. P. P. S. C. *Figura ſacrificans.*

*Arg.* M. COMMODVS ANTONINVS AVG.
IMP. VI. COS. IIII. PROFECTIO AVG. *Imp. eques.*

TR. P.

TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. P.P.
- *Victoria, dextra clypeum gestans.*
- *Figura militaris galeata gradiens, sinistra clypeum, dextra pilum.*
- *Figura stolata stans, dextra victoriolam, sinistra cornucopiæ, pone amphora cum papaueribus & puppis, cum chenisco & duobus insidentibus.*
- *Figura, dextra bilancem, sinistra cornucopiæ.*
- *Spei stantis typus, sinistra hastam.*
- *Fig. galeata sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

*Arg.* M. COMMODVS ANTON. AVG. PIVS.

TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. P. P. *vt prior.*

MVNIFICENTIA AVG. TR. P. COS. IIII. P. P. S.C.

PROV. AVG. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. S.C. *Prouid.*

TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. P. P. S. C.
- *Iuppiter sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.*
- *Fortuna, dextra temonem, sinistra cornucopiæ.*
- *Quadriga triumphales. Pasqual. Caracciolo fol.67.*
- *Iuppiter nudus, dextra globum cum victoriola, sinistra hastam, ad pedes aquila.*

M. AVREL. COMMODVS ANTONIN. PIVS FEL. AVG.

TEMPORVM FELICITAS TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. P. P. S.C. *Quatuor anni partes ὧραι dictæ, quatuor pueriulis expressæ.*

TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. P. P. S. C. *Figura stolata sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam. Alius depingitur ab Erizzo 554.*

M. COMMODVS ANTONINVS P. FEL. AVG. BRIT. P. M.

TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. P.P. *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra cornucop. Inter picturas Alb. pr.*

M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

VOTA DECENN. SVSC. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. P.P.S.C.

Orbis 4146. V. C. 936. I. C. 184. — Tr. p. IX. Imp. VII. Cos. IIII.

*Arg.* M. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS.

P. M. TR. P. IX. IMP. VI. (*alij* VII.) COS. IIII. P. P.
- *Modius tritici seu panarium, in quo spica.*
- *Figura stans, dextra caduceum, sinistra cornucopiæ.*
- *Figura stans, dextra fulmen, sinistra cornucop. habet autem inscriptio nummi* IMP. V. *cùm debeat esse* VI. *vel* VII.

TR. P.

| | |
|---|---|
| TR.P.VIIII. IMP. VII. COS. IIII. P. P. S. C. | *Pallas armata. habet* IMP. VI. *cum noctua.* *Figura stolata stans, dextra spicas deorsum inclinans, sinistra pateram cum frugibus tenens.* *Figura sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.* *Hercules cum claua.* |

M. COMMODVS ANTON. AVG. PIVS BRIT.
P. M. TR. P. VIIII. IMP. VII. COS. IIII. S. C.
*Bellerophon interficiens chimaram.*

Æ. IMP. COMMODO AVG.
COL. PATR. *Dua figura stantes, altera virilis, altera muliebris, aduersa, sese mutuò aspicientes, quiddam manibus tenentes.*

Tr.p.X. Imp.VII. Cos. IIII.

Orbis 4147. V. C. 937. I. C. 185.

*Arg.* M. COMM. ANT. AVG. BRIT.
TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. ROM. *Roma galeata insidens spoliis, dextra victoriolam, sinistra cornucopia.*
COMM. ANT. AVG. P. BRIT.
P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. P. P. *Iuppiter sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

*Arg.* M. COMM. ANT. P. BRIT. FEL.
P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. P. P. FEL.
*Figura stolata stans., dextra caduceum, sinistra cornucopia. Alb. pr.*

Æ. M. COMMODVS ANTON. AVG. PIVS BRIT.
P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. P. P. SALVS.
*Salutis sedentis typus, cum patera & serpente. Relig.* 107.
*Eadem inscript. Figura militaris insidens spoliis, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

M. COMM. ANTON. AVG. PIVS P. P. *Comm. radiatus.*

| | |
|---|---|
| PRIMI DECENN. P.M. TR.P. X. IMP. VII. COS. IIII. P. P. S. C. | *In corona quercea.* |

P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. P. P. S. C. *Figura militaris insidens spoliis, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

Orbis

Orbis 4148. V.C. 938. I.C. 186. Tr.p. XI. Imp. VII. Col. V.

*Arg.* COMM. ANT. AVG. P. BRIT.
P.M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P.P. FIDES EXE.
*Imperator stans in substructione alloquens tres milites.*

IMP. CAES. M. COMMODVS P. FEL. AVG.
P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. *Victoria insidens clypeis, sinistra tenens clypeum, in quo inscript.* S. P. Q. R.

M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT.
FORTVNAE MANENTI COS. V. P. P. *Fortuna sedens, dextra equum freno retinens, sinistra cornucopia.*

P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P.
- *Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam.*
- FORT. RED. *Fort. sedens, dextra temonem, sin. cornuc.*
- *Figura sedens, dextra pateram, sinistra hastam.*
- *Victoria sedens, dextra calamum, sinistra clypeum.*
- *Imp. sedens, dextra globum, sinistra schedam.*

P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. S. C. FIDES EXERC.

M. COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT.
LIB. AVG. VI. P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P.
*Figura stolata stans, dextra tesseram frum. sinistra cornucopiæ.*

P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. S. C. *Quadrigæ.*
*Eadem inscriptio. Figura stans inter duo signa militaria, & infra* . . . . COM. *litteris non integris.*
*Eadem inscript. Figura sedens, dextra globum.*

M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.
GENIVS AVGVSTI S. C. *Genius dextra pateram, sin. cornucop.*
MON. AVG. P. M. TR. P. S. C. *Tres figuræ singulæ tenentes dextra bilancem, sinistra cornucopiæ.*
VICTORIAE FELICI COS. V. P. P. S. C. *Victoria flexis genibus procumbens ante duo scuta.*
SAEC. FEL. IMP. VII. COS. V. P. P. S. C.
*Victoria stans, dextra inscribens clypeo,* VO. DE.

Tr. p. XII. Imp. VIII. Cos. V.

Orbis 4149. V. C. 939. I. C. 187.

*Arg.* M. COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT.
P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. *Figura stolata stans, dextra ramum, sinistra palmam.*
*Eadem inscript. Figura dextra tenens scipionem (aliàs fulmen) sinistra hastile.*
NOBILIT. AVG. P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. *Figura stolata stans, dextra hastam, sinistra victoriolam.*

*Aur.* PIETATI SENATVS CVPP. *hoc est,* COS. V. P. P. *Duæ figuræ iungentes dexteras.*

*Arg.* ROMAE AETERNAE CVPP. *Roma insidens spoliis, dextra victoriolam, sinistra hastile. (hastam.*
OPTIME MAXIME CVPP. *Iuppiter stans, dextra fulmen, sinistra*
AVG . . . TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P.
*Figura stolata stans coram ara, dextra ramum tenens, sinistra stolam leuans. Alb. pr. pulcherr. sed attritus.*
HILAR. AVG. P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. *Figura stolata stans, dextra ramum, sinistra palmam.*

M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG.
P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. *Ianus.*

M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. S. C.
- FORT. RED. *Fort. redux sedens, dextra temonem.*
- PVBLICA FEL. *Fig. stans, dextra pateram, sin. hastam.*
- TELLVS STABIL. *Telluris typus. Figura humi sedens cum globo mundi, victoria & trib. figuris.*
- *Ianus bifrons.*

PIETATI SENATVS COS. V. P. P. S. C.

M. COMMODVS ANT. TR. P. XII.
NOBILITAS AVG. P. M. S. C. *vt superior arg.*

Tr. p. XIII. Imp. VIII. Cos. V.

Orbis 4150. V. C. 940. I. C. 188.

*Arg.* M. COMMODVS ANT. P. FEL. AVG. BRIT.

P. M. TR. P. XIII. IMP. VIII. COS. V. P. P.
- *Fortuna redux sedens, dextra temonem, sinistra cornucop.*
- *Figura stans, dextra pileum, sinistra scipionem.*
- *Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam.*
- *Figura stans, dextra stateram, sinistra cornucopiæ.*
- *Salutis sedentis typus, dextra pateram cum serpente.*
- *Figura stolata stans, dextra lauream, sinistra hastam.*
- FIDES EXERCITVS. *Imp. alloquitur cohortes.*

VICTO-

VICTORIAE FELICI COS. V. P. P. S. C. *Victoria alata, duos ferens clypeos.*

COS. V. P. P. S. C. *Figura stolata sedens, dextra globum tenens.*

M. COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. P. P.
LIBERALITAS AVG. VII. *Figura stans, dextra tesseram frumentariam, sinistra cornucopia.*

Orbis 4151. V. C. 941. I. C. 189. Tr. p. XIIII. Imp. VIII. Cos. V. Des. VI.

Arg. M. COMMODVS ANTONIN. AVG. BRIT. P. P.
IOVI IVVEN. P. M. TR. P. XIIII. COS. V. DES. VI.

M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.
P. M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. COS. V. P. P. *Figura stans, dextra pileum, sinistra scipionem. Alius Fortunæ typum.*
SEGORD. P. M. TR. P. COS. V. DES. VI.
*Figura sedens, dextra globum tenens.*

COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT.
. . . . . P. M. TR. P. XIIII. COS. V. P. P. *Figura militaris stans, sinistra pilum.*
MART. PAC. P.M. TR.P.XIIII. COS. V. P. P. *Figura galeata stans, dextra ramum deorsum protendens, sinistra hastam.*
MIN. VIC. P.M. TR.P. XIIII. COS. V. P. P. *Minerua galeata stans, dextra victoriolam, sinistra hastam, cum trophæo à tergo.*

M. COMMODVS ANTONINVS P. FELIX AVG. BRIT.
IOVI IVVENI P.M. TR. P. XIIII. COS. V. P. P. S. C.
*Iuppiter stans, sinistra hastam, dextra fulmen cum aquila ad pedem dextrum. Embl. Samb. 245.*
IOVI VEN. P. M. TR. P. XIIII. COS. V. DES. VI.
*Idem cum superiore.*

Tr. p. XV. Imp. VIII. Col. VI.

Orbis 4152. V. C. 942. I. C. 190.

*Arg.* M. COMM. ANT. P. FEL. (*alij* FELIX) AVG. BRIT. P. P. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. P. P. *Figura sedens, dextra ramum, sinistra hastile.*

*Eadem inscript. Figura galeata stans, dextra lauream Imp. capiti imponẽs.*

TEMP. FELIC. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. P. P. *Duo cornuacopiæ, & in medio caduceus.*

IOVI DEFENS. TIS AVG. *Iuppiter inter septem triones.*

LIB. AVG. P. M. TR. P. XV. COS. VI. *Libertatis typus, dextra pileum, sinistra hastam.*

APOLL. MONET. P. M. TR. P. XV. COS. VI. *Apollo nudus, dextram capiti admouens, sinistram columnæ applicans.*

FIDEI CON. P. M. TR. P. XV. COS. VI. *Figura stolata stans, dextra spicas, vt videtur, sinistra hastam.*

M. COMM. ANT. P. FELIX AVG. BRIT. P. P.

COL. L. AN. COM. P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. S. C. *Colonia L. Antonini Commodi. ita quidam interpretantur, ex colonia deducta typo, colono cum boue & vacca.*

APOL. MONET. P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. S. C. *vt superior arg.*

P. M. TR. P. XV. COS. VI. S. C. *Embl. Sambuci 256.*

P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. S. C. *Libertatis typus cum pileo & hasta, vt superior arg.*

M. COMMOD. ANT. P. FELIX. AVG. BRIT. P. P.

TEMP. FELICIT. P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. S. C. *Duo cornuacopia cum frugibus & caduceo in medio.*

VOT. XX.
P. M. TR. P. XV.
IMP. VIII.
COS. VI.
S. C.
} *In corona quercea.*

Tr. p. XVI. Imp. VIII. Col. VI. Desig. VII.

Orbis 4153. V. C. 943. I. C. 191.

*Arg.* M. COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. *in aliis* P. P.

MIN. AVG. P. M. TR. P. XVI. COS. VI. *Pallas.*

P. M. TR. P. COS. VI. ROMA FELIX. *Figura insidens spoliis, dextra victoriolam, sinistra hastile.*

CONC. COM. P. M. TR. P. XVI. COS. VI. *Figura stolata stans, dextra pateram, sinistra hastam.*

P. M. TR. P. XVI. IMP. VIII. COS. VI. DES. VII.

M. COM-

M. COMMOD. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. P. P.
MINERVAE PACIFERAE S. C. *Relig. 95.*
FORT. RED. . . . . . S. C. *Fortuna redux sedens.*
LIBERAL. AVG. VII. P. M. TR. P. XVI.
*Figura stolata stans, dextra tesseram frum. sinistra cornucopiæ.*
TR. P. XVI. COS. VI. S. C. . . . . .
*Figura stolata stans, dextra duas spicas aut papauera, sinistra labarum.*

Orbis 4154. V. C. 944. I. C. 192. Tr p. XVII. Imp. VIII. Cos. VII.

*Arg.* M. COMM. ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT.
P. M. TR. P. XVII. COS. VII. P. P. *Hercules.*
P. M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P. *Figura dextra hastam, sinistra cornucopiæ tenens.*

VOT. XX.
P. M. TR. P.
IMP. VIII. } *In corona quercea.*
COS. VII.
S. C.

P. M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P. S. C. {
*Isis & Osiris. Erizzo 547. Religion. 307. 333.*
*Imperator porrigens militi dextram.*
*Figura paludata stans, dextra porrigens ramum lauri, sinistra cornucopiæ tenens.*
*Victoria insistens basi seu cippo super globo, dextra lauream, sinistra palmam tenens, & coram ea Imp. leuans vtramque manum cum stella.*
}

ANTONINVS COMM. AVG. P. FEL.
P. M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P. S.C.
*Imp. sacrificantis ritu stans coram ara accensa ante Isidem & Osiridem, cui victoria à tergo lauream imponit.*

*Hoc anno prænomen Lucij rursus accepit, & Hercules Rom. dictus.*

Tr. p. XVII. Imp. VIII. Cos. VII.

Orbis 4154. V. C. 944. I. C. 192.

L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

I. O. M. SPONSOR SEC. AVG. *Iuppiter nudus, sinistra fulmen, dextram Imp. humero imponens, qui dextra globum, sinistra scipionem tenet.*

P. M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P.
*Figura stans, dextra caduceum cum stella, sinistra cornucopiæ.*
*Ead. inscript.* *Figura sedens, ad cuius pedes alia quadam minor, cui maior illa manum imponit, cum stella adiuncta.*
*Figura stans, dextra hastam nodosam, sinistra cornucopiæ cum stella.*

IMP. CAES. L. AEL. AVREL. COMMODVS ANT. P. F. AVG. P. P.
LIBE. AVG. P. M. TR. P. XVII. COS. VII. P. P.
*Figura stolata stans, dextra pileum, sinistra hastam.*

Tr. p. XVIII. Imp. VIII. Cos. VII.

Orbis 4154. V. C. 944. I. C. 192.

*Aur.* L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

COS. VII. P. P. *Victoria dextra lauream, sinistra ramum oleæ aut lauri, aut palmam. Alb. pr. paruus.*

*Arg.* P. M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P.
- *Figura sedens, cui assistit puerulus, super cuius vertice sidus aut stella.*
- *Figura stans, dextra hastam puram nodosam, sinistra cornucopiæ cum stella.*
- *Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam cum stella.*

*Aur.* HERC. ROM. COND. COS. VII. P. P. *Hercules agens boues.*
HERCVL. ROMAN. AVG. *Hercules cum exuuiis leonis.*

P. M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P. S. C.
- *Figura sedens, sinistra hastam, ante eam puerulus.*
- *Duæ figuræ maris & feminæ iungentes dexteras.*
- *Figura, dextra ramum, sinistra cornucopiæ.*

VOTA SOLV. PRO SAL. P. R. COS. VII. P. P.
*Tauri immolatio. Emblem. Samb. 238. Secundis decennalibus actis, & votis susceptis vicennalib.*

HERCVL. ROMAN. AVGV. S. C. *Claua Herculis in medio huius inscriptionis.*

HERCV-

Orbis 4154. V. C. 944. I. C. 192. Tr. p. XVIII. Imp. VIII. Col. VII.

HERCVLI ROMANO AVG. S. C. *Figura nuda virilis stans, sinistra clauam cum exuuiis leonis, dexteram imponens trophaeo.*

SERAPIDI CONSERV. AVG. *Deus Serapis Aegyptiorũ, dextram attollens, sinistra scipionem tenens.*

*Roma in mole Hadriani.*

IMPERATORI CAESARI D. MARCI ANTONINI PII GERMANICI SARMA. FILIO DIVI PII NEPOTI DIVI HADRIANI PRONEPOTI DIVI TRAIANI PARTH. ABNEPOTI DIVI NERVAE ADNEPOTI L. AELIO AVRELIO COMMODO AVG. SARMATICO GERM. MAX. BRITANNICO PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII. IMP. VIII. COS. VII. PATRI PATRIAE.

*Hoc anno Cal. Ianuarij occisus est.*

*Arg.* DIVO COMMODO.
CONSECRATIO. *Aquila.*

AY. KAI. M. AYPH. KOMMOΔO.
EKTΩP IΛIEN. *Biga aurigante Hectore Troiano.* Emblem. Samb. fol. 238.
EΠI. . . . . . . . *Duae figurae sese mutuò aspicientes.*

AYT. K. Λ. AIΛ. AYP. KOMMOΔOC.
MHTPOΠΠONT. NEΩ.

M. AY. KOMOΔOC.
CAMIΩN. *Figura stolata & tutulata stans.*

ANTONEINOC AYΓOYCTOC.
BYZANTIΩN.

AYT. K. ΛO. AYP. KOMOΔOC.
ΔIOC KATC. . . . . . *Iuppiter insidens spoliis, dextra fulmen, sinistra hastam.*

AYT.

ATT. K. M... ATP. KOM. ANT.
. . . . IEPA COΛOC. *Figura turrita inequitans animali cuidam. detritus. Alb. pr.*

ATT. KAI. ATP. KOMMOΔOC ANTΩNINOC. NIKOMIΔEΩN ΔIC. NEΩKOPΩN. *Triremis prætoria referta nautis; & duo templa. pulcherr. ær. Alb. pr.*

## CRISPINA COMMODI

BVRRHI aut Prutij Præſentis filia, qui Coſ. fuerat. Hanc Marcus filio Commodo celerius quàm vellet in vxorem dedit, propter bellum Scythicum; eam Commodus iratus adulterij cauſa primò Capreas relegatam, pòſt occidit.

*Arg.* CRISPINA AVGVSTA.
CONCORDIA. *Duæ dexteræ iunctæ.*

CRISPINA AVG.
IVNO. *Figura mul. dextra pateram, ſiniſtra haſtam.*
VENVS. *Fig. dextra globum, ſiniſtram imponens capiti.*
CERES. *Ceres ſtans, dextra ſpicas inuerſas, ſiniſtra haſtam puram ſeu geniculatam.*
DIS GENITALIBVS. *Ara. Alb. pr.*

IVNO LVCINA S. C. *Figura velata ſtans, dextra pateram, ſiniſtra haſtam.*
VENVS FELIX S. C. *Figura ſedens, altera manu Cupidinem tenens, altera haſtam.*

VOTA PVBLICA. *Virgo Veſtalis iungens dexteras Imp. & coniugis. idem fortè cum ſequente. Relig. 254.*

P. HEL-

# P. HELVIVS PERTINAX.

*καὶ ὁμοίως εὐφραίνει ἐλευθερία ὡς λυπεῖ δουλεία.*

Post Commodum interfectum sexagenario maior Imp. est appellatus, vir bonus, statura Imperatoria, habitudo corporis pinguior, eloquentia mediocris, magis blandus quàm benignus, optimo ingenio & robusto corpore præditus, nisi quòd paulum pedum laboribus impediretur. Imperium adeptus princeps, Senatus vetere consuetudine vocatus est, tum verò corrigere cœpit omnia, quæ fierent sine ordine & modo: humanitas enim & probitas, & optima administratio rei familiaris ac prudentia in publicis rebus gerendis cuncta pari diligentia in hoc Imperatore cernebãtur. Is dum conatur omnia emendare, breui temporis spatio à Prætorianis & Læto præfecto, qui eum Imp. fecerat, est confossus in Palatio, Didio Iuliano conscio. Neque nouerat homo multarum rerum peritus, multa simul tutò corrigi non posse, sed si quid aliud in rebus humanis, tum in primis ciuilem statum tempore egere & consilio. Vixit annis sexaginta septem. Regnauit dies octoginta septem. A Seuero Imp. inter Diuos relatus.

*Pertinacis hoc exstat Epigramma.*

OPI DIVINAE ET FORTVNAE
PRIMIGENIAE SACR.
IMP. CAESAR HELVI
PERTINACIS AVG.
V. S. C.

Orbis 4154. V. C. 944. I. C. 192.

*Aur.* IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG.

*Arg.* LAETITIA TEMPOR. COS. II. *Figura stans, dextra lauream, sinistra hastam.*

AEQVIT. AVG. TR. P. COS. II. *Figura muliebris stans, dextra bilancem, sinistra cornucop. Alb. pr. aureus pul.*

PROVIDEN. DEORVM COS. II. *Figura stolata stans, dextram protendens ad astrum quoddam. alij ad globum.*

OPI DIVIN. TR. P. COS. II. *Figura sedens, dextra spicas.*

VOT. DECENN. TR. P. COS. II. *Fig. velata sacrificans.*

DIS CVSTODIB. *Fort. typus, dextra temonem, sinistra cornucop.*

HER. CO. *Duo Hercules stantes cum clauis.*

Orbis 4155. V. C. 945. I. C. 193.

IMP. CAES. P. HELVI. PERTINAX AVG.
P. M. TR. P. COS. II.

PROVIDENTIAE DEORVM COS. II. S. C. *Rel.67.*
OPI DIVIN. TR. P. COS. II. S. C. *vt superior.*
VOT. DECENNAL. COS. II. S. C. *Imp. sacrificans.*
DIIS CVSTODIBVS S. C. *vt superior.*

*Eo anno ad V. Cal. Aprilis occisus est.*

DIVVS PERT. PIVS PATER.
CONSECRATIO S. C. *Aquila insistens globo.*

## TITIANA PERTINACIS.

FLAVIA Titiana Sulpicij Flauij præfecti vrbis filia, vxor Pertinacis, circa cuius pudicitiam minus fuit curiosus, cùm palàm cytharœdum illa diligeret, & ipse vsque ad infamiam Cornificiam amaret. Ex ea filios filiásque sustulit, sed Augustam fieri noluit, quòd petulantem feminam Augustæ nomen polluere nolebat.

## P. HELVIVS PERTINAX.

P. HEL. Pert. Imp. F. Hunc Cæsarem Senatus appellauit, sed eam appellationem antequam moreretur, filium recipere pater non est passus. Ab Antonino Caracalla, ob hoc solùm quòd Imperatoris esset filius, interfectus est. vide Herodianum in Pertinace.

## M. DIDIVS SEVER. IVLIANVS.

*πάντα δ᾽ ὤνου ὅσα βούλεται· πάμπλειστα γὰρ χρήματα καὶ θησαυροὺς χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεπληρωμένους ἔχω.*

VIR senex, gulosus, aleator, superbus, & armis gladiatoriis exercitus, Imperium à militibus mercatus, quibus fidem non præstitit; quam ob causam contemptui habitus, militibus infensus à populo contemnebatur: auctoritate Senatus ei Imperium abrogatur, missique à Senatu qui eum occiderent: à quodam gregario milite inter fœdissimas complorationes ab omnibus amicis destitutus, trucidatus est Imperij sui mense secũdo, die quinto post interfectũ à se Pertinacem. Corpus eius vxori traditum est ad sepeliendum, & fuit in proaui monumento sepultum. Vixit annis 56. mensibus 4. alij sexaginta annis vixisse asserunt hominem pecuniosissimum & profusissima luxuria, ac nouarum rerum cupidum; qui vt primùm cædem Pertinacis intellexit, properè peruenit ad exercitum & ad portas muri, petens à militibus Rom. Imperium, quod

quod tum primùm venale erat, licitante contrà Sulpiciano intra castra: sed Iuliano promittente vigintiquinque sestertia præualuit,& Imp. designatus est. Sub vesperam in Senatum veniens, multa de suis laudibus prædicabat: tandem occupato Imperio, res agere cœpit homine libero indignas. Hoc cognito Seuerus Romam pergit, facto prius Cæsare Albino. Iulianus Seuerum hostem iudicat ex auctoritate Senatus, comparátque se vt cum eo pugnet; sed frustra; militibus ad Seuerum deficientibus, & prætorianis persuasis Seueri litteris, se, si modò interfectores Pertinacis dederent, & ab armis discederent, nullum damnum passuros; quo peracto Iulianus capite damnatus à Senatu, & Seuerus Imp. appellatus est. vide Herodianum.

Orbis 4155. V. C. 945. I. C. 193.

*Arg.* IMP. CAES. M. DID. IVLIAN. AVG.

P. M. TR. P. COS. *Fortuna dextra temonem, sinistra cornucopia.*

RECTOR ORBIS. *Imp. togatus, dextra globum tenens. idē ex aere* S. C.

CONCORDIA. *Dea Concord. stans, cum duobus signis milit.*

*Aur.* CONCORD. MILIT. *Figura stolata stans inter duo signa militaria.*

IMP. CAES. M. DID. SEVER. IVLIAN. AVG.

P. M. TR. P. COS. S. C. *Fortuna, dextra temonem, sin. cornucopia.*

P. M. TR. P. COS. S. C. TIBERIS. *Tiberis fl. typus, cum Rom. & Remo à lupa nutritis.*

CONCORD. MILIT. S. C. *Figura muliebris, vt superior.*

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. *In corona laurea.*

IMP. TR. POTES. VI. COS. VII. F. EXERC. *Imp. alloquitur cohortes. de hoc nummo dubito; est tamen inter picturas Alb. pr.*

*Eo anno occisus est Cal. Iulij.*

## MANLIA SCANTILLA.

DIDII Iuliani vxor: ab hac persuasus Imperium suscepit, ac postea à Senatu Augusta est appellata.

*Aur.* MANLIA SCANTILLA AVG.

*Arg.* IVNO REGINA. *Iuno cum pauone ad pedes.*

IVNO REGINA S. C. *Iuno dextra pateram, sinistra hastam geniculatam cum pauone.*

S. C. *Idem capitu ornatus qui in Iulia Pia Seueri. nummus est mediocris magnit. Phil. Fug.*

IVLIANI ex Manlia filia, suæ ætatis puellarum omnium formosissima, cum matre, quæ admodum deformis erat, Augusta appellata: postquam pater Imperium mercatus esset, à militibus Cornelio Repentino Vrbis præfecto in vxorem tradita. Post patris interitum nomen est abrogatum, sed concessum patrimonium.

*Arg.* DIDIA CLARA AVG.
HILAR. TEMPOR. *Figura stans, dextra palmam, sinistra cornucopiæ. Idem ex ære &* S. C.

## C. PESCENNIVS NIGER.

τὸ ζῶντας ἐγκωμιάζειν καταγελῶς ἐστι, μάλιστα δὲ τοὺς αὐτοκράτορας.

EQVESTRIS ordinis homo, nec virtute clarus, nec vitiis admodum insignis, vir publicè priuatimque minimè improbus, statura procera, forma decorus, oris verecundi ac semper rubidi, ceruice adeò nigra, vt ab ea Nigri nomen acceperit, cetera corporis parte candidus, pinguis, capillo ad gratiam in verticem reflexo, adeò vocalis, vt ad mille passus vox eius audiretur, miles optimus, tribunus singularis, dux præcipuus, legatus seuerissimus, Cos. insignis, domi forísque conspicuus, Imperator infelix; ita appellatus ab exercitu Syriaco post Iulianum necatum. Cùm Imperium affectaret, ætatis erat iam ad senectutem spectantis, multísque & magnis in rebus versatus, famam obtinuerat mansuetudinis & dexteritatis, sic vt etiam Pertinacis vitam putaretur æmulari. Eius exercitus Æmiliano duce ad Cizycum à Seuero fusus fugatúsque, deinde apud Issicum sinum (vbi quondam debellatus erat Darius ab Alexandro Magno) insignis strages edita. Niger fuga dilapsus, Antiochiam peruenit; qua capta ad Euphratem confugit; quem insecuti Seueriani in suburbano quodam latitantem equites repererunt, & caput eius amputatum piloq. affixum Byzantium miserunt cruci affigendum. Filij eius cum matre in exiliū acti, & paulò pòst occisi, omnésq. illius amici supplicio affecti.

Orbis 4155. V. C. 945. I. C. 193.

*Æ.* ΑΥΤ. Κ. Γ. ΠΕϹΚ. ΝΙΓΡΟΥ ΙΟΥϹΤΟϹ ϹΕΒ.
ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ ΓΕΡΜΑΝΙΚΗϹ. *Æsculapius seminudus, cum baculo & serpente dextra.*
ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Femina stans, dextra spicas, sinistra tedam & serpentem.*

Orbis

Orbis 4156. V. C. 946. I. C. 194.

*Arg.* IMP. CAES. C. PESCENN. NIGER.
VICTORIAE AVG. *Victoriæ typus.*
*Figura stans, sinistra cornucopiæ.*

*Arg.* IMP. CAES. C. PESCEN. NIGER IVST.
BONI EVENTVS. *Boni euentus typus. Figura stolata stans, sinistra aristam & papauer, dextra pateram cum frugibus.*

*Aur.* IMP. CAES. C. PESC. NIGER IVST. AVG.
BONAE SPEI. *Spei typus, dextra florem, sinistra palmam.*
VICTORIAE AVG. *Victoria lauream prætendens.*

*Arg.* IMP. CAES. C. PESCEN. NIGER IVSTVS AVG. COS. II.
MONETA AVG. *Dea Moneta, dextra bilancem, sinistra cornucop.*
CERES FRVG. *Figura, sinistra hastam, dextra spicam.*

*Arg.* IMP. CAES. C. PESC. NIGER IVS. AVG. COS. II.
MATRI DEVM. *Cybele stans cum leone, dextra globum, sinistra innixa columnæ hastam tenet.*

# DECIMVS CLODIVS
## SEPTIMIVS ALBINVS.

*τὸ τοῦ καίσαρος ὄνομα οὐ βούλομαι, εὔχομαι δὲ τοῖς θεοῖς μήδ' ἂν ἑτέρους τοῦτο ἀντιποιεῖσθαι ἡ βουλὴ ἀρχέτω.*

NOBILIS Romanus, statura procera, capillo renodi & crispo, fronte lata, admirabili candore, voce muliebri ad sonum Eunuchorum, motu facili, iracundia graui, furore tristissimo, in luxuria varius, voracitatis maximæ. Cùm Seuerus aduersus Pescennium exercitum duceret, metuens ne Albinus qui tum exercitui Britannico præerat, cum exercitu Romam veniret, eum Cæsarem prius, postea Imperij consortem fecit. Victo Pescennio primùm insidiis est petitus; quibus detectis, manifestè contra eum exercitum duxit, multísque prœliis vario marte acerrimè pugnatum, vltimo prœlio Lugduni commisso fusæ sunt Albini copiæ. ipse sauciatus à militibus captus, semiuiuus ad Seuerum ductus; cuius abscissum caput pilo prius circumlatum, Ro-

mam missum publico patibulo affixum est. corpus eius ante prætorium ad fœtorem iacuit, laceratúmque à canibus, & in profluentem coniectum.

Orbis 4155. V. C. 945. I. C. 193.

*Arg.* D. CLODIVS ALBINVS CAES.

PROVID. AVG. COS. *Figura muliebris, sinistra hastam, dextra ramum. ad pedes globus.*

*Arg.* D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES.

ROMAE AETERNAE. *Roma sedens, dextra Victor. sinist. hastam.*

CONCORDIA S. C. *Figura sedens, dextra pateram, sinistra duo cornuacopiæ.*

S. C. . . . . *Figura militaris stans, sinistra hastam cum clypeo.*

Cos. II. Orbis 4156. V. C. 946. I. C. 194.

*Arg.* D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES.

COS. II. *Aesculapius cum baculo & serpente. Idem ex ære* S. C.

*Aur.* SAECVLO FRVGIFERO.

MINERVA PACIF. COS. II. *Minerua stans, dextra ramum, sinistra hastam & scutum.*

PAN. . . . . AS COS. II. *Figura stolata, dextra fulmen, sinistra hastam.*

FELICITAS COS. II. S. C. *Figura cum tessera frumentaria.*

SAECVLO FRVGIFE. COS. II. S. C. *Mercurius radiatus stans, dextra caduceum, sinistra tridentem.*

Orbis 4157. V. C. 947. I. C. 195.

*Arg.* D. CLODIVS ALBINVS CAES.

P. M. TR. P. II. COS. II. *Figura stans, dextra ramum, sinistra hastam cum clypeo.*

*Arg.* D. CLOD. SEP. ALBINVS CAES.

CONCORDIA MILITVM. *Quatuor signa militaria.*

ΔΕΚ. ΚΛΟΔΙΟϹ ΑΛΒΕΙΝΟϹ ΚΑΙϹΑ.

ϹΙΔΗΤѠΝ. *Duæ figuræ militares porrigentes sibi mutuò dexteras, altera galeata veluti Imp. vtraque sin. hastam tenens.*

Orbis 4158. V. C. 948. I. C. 196.

*Arg.* IMP. CAES. D. CLOD. ALB. AVG.

FIDES AVG. COS. II. *Figura stolata stans, dextra duas spicas, sinistra veluti pateram cum frugibus.*

IMP. CAES. D. ALBINVS COS. TR. P.

CONCORDIAE AVG. S. C. *Duæ figuræ iungentes dexteras.*

Orbis 4159. V. C. 949. I. C. 197.

*Arg.* IMP. CAES. D. CLO. SEP. ALB. AVG. Augustus appellatus paulo ante obitum.

GEN. L. AVG. COS. II. *Figura stans, dextra hastam, sinistra cornucopia.*

FIDES LEGION. COS. II. *Duæ dexteræ iunctæ (alij duo signa militaria) aquila in medio.*

APOLLINI AVG. COS. II. *Apollo dextra pateram, sin. lyram.*

SPES AVG. COS. II. *Spei typus.*

CLEMENTIA AVG. COS. II. *Figura stolata stans, dextra pateram, sinistra hastam.*

*Eo anno ad XI. Cal. Martias Albinus est occisus.*

## PESCENNIA PLAVTIANA,

PLAVTIANI filia, Albini vxor. hæc vnà cum duobus filiis D. Clod. Albino & Pescennio Priueo à Seuero occisa est.

L. SE-

# L. SEPTIMIVS SEVERVS.

*πάντα ἐγενόμην, καὶ οὐδὲν ἐμοὶ λυσιτελεῖ.*

VIR fuit decorus, promiſſa barba, cano capite & criſpo, vultu venerandus, canorus voce, bellicoſus, liberalis, litteratus, ac inſignis Mathematicus, doctrinæ nimis cupidus, perfidus Afer. Iuliano interfecto Romam armatus mirifico apparatu ingreditur, amicos Iuliani neci dat, eos qui Pertinacem occiderant, morte multat, prætorianos vrbe eiicit: decreuit & iurauit de non interficiendis Senatoribus. quod non præſtitit. inde Pertinaci parentauit, & Nigro bellum intulit, contra eum Antiochiæ tunc degentem exercitum educit, eundem bis prælio victum interficit. eo occiſo Byzantium triennio obſeſſum vaſtat, & agrum Perinthiis adiudicat. interea Oſrhoenos, Adiabenos, & Arabas inuadit, Niſibin occupat. Inde nondum à bellis barbaricis reſpiranti, ciuile cum Albino coortum eſt. is tum erat in Galliis, quò Seuerus quoque peruenit. clades commiſſa circa Lugdunum, diu ambiguo marte pugnatum, multis hinc inde cadentibus, tandem Albinus profligatus & occiſus, caput eius Romam miſſum cruci affixum eſt. Tum Senatores & populum per litteras perterruit, ſe Marci F. & Commodi fratrem appellans. inde Romam redit. Albini amicos crudeliter punit, bona eorum publicat, ærarium auget, ludos ſæculares egit, maiorem filium Cæſarem declarat, participato cum eo imperio. Cùm Parthos, Arabes, Adiabenóſque viciſſet, triumphum filio conceſſit. Pòſt bellum intulit Parthis Meſopotamiam infeſtantibus, cuius aduentu minimè expectato domum ſunt reuerſi; tamen Seleuciam, Babylonem & Cteſiphontem occupat. Arabiam & Armeniam peruagatus, Parthos ſuperat. poſtea venit in Palæſtinam, & Pompeio parentauit in Aegypto, & clauſit monumentum Alexandri; reuerſus vrbem ouans ingreditur, & ſæuit in Senatores, quorum plurimos neci dedit, vt & Plautianum. Orta in Britannia diſſenſione, ad eam ſedandam cum ambobus filiis expeditionē ſuſcepit, ſed maximè propter filiorum intemperantiam, & legiones otio affluentes, licet iam decrepitus & articulari morbo vexatus, cùm ſciret ſe inde non reuerſurum: quod & factum eſt. nam ſubactis barbaris, ſenex tertio anno pòſt, Eboraci conſumptus è vita deceſſit. Antequam moreretur, fertur hæc dixiſſe filiis: Facite vt conueniat inter vos, locupletate milites, ceteros omnes contemnite. Extinctus rogo impoſitus eſt, honeſtato militum & filiorum decurſione, filij ignem accenderunt. Oſſa in vrna Romam perlata, & in Antoniano repoſita ſunt. ad eam vrnam paulò ante obitum dixerat, Tu virum capies, quem totus terrarum orbis non cepit. Vixit annos 65. menſes 9. dies 18. Regnauit annis 17. menſibus octo, diebus tribus. Vide Dionem & Herodianum, qui de Seuero hæc pronunciat: Severus genere Afer, vehemens homo negotiis gerendis ac ferox, vitæque inſuetus duræ & aſperæ, promptus excogitandis, acer exequendis rebus. Longè aliud in lingua promptum, quàm in animo reconditum gerebat.

νοῆσαι τε ὀξὺς καὶ τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ταχύς.

Orbis

Orbis 4155. V. C. 945. I. C. 193. Trib. pot. cum Imperio accepit.

SEV. PERT. AVG. *Facies Seueri.*

HELCO. *Duo viri nudi, vterque effigie Herculis cum claua, quibus adblandiuntur canes aut lepores. Alb. pr. pict.*

*Arg.* L. SEPT. SEV. PERT.

M. ANTON. AVGVSTI SE. . . . . *Duae figurae stolatae assistentes arae sacrificantium ritu.*

IMP. CAES. L. SEP. SEV. PERT. AVG.

. . . . . . LIT. AL. *Duo signa militaria, in medio aquila, & infrà,* TR. P. COS.

VIRT. AVG. TR. P. COS. *Figura militaris stolata stans, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

BONA SPES. *Spei typus.*

IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. I.

FELICITAS TEMPOR. *Duo cornuacopiae spica intermedia.*

LEG. XIIII. GEMM. TR. P. COS. *Duo signa militaria, aquila legionaria intermedia.*

BONA SPES. *alij* SPEI. *Spei typus, vt superior.*

VICTOR. IVSTA. *Victoria, dextra lauream, sinistra palmam super humerum protensam.*

L. SEPT. SEV. AVG. P. M. TR. P.

SAECVLI FELICITAS S. C. *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra cornucopia.*

Orbis 4156. V. C. 946. I. C. 194. Tr.p.II. Cos. II. Imp. I. II. III. IIII.

*Arg.* IMP. CAE. L. SEPT. SEV.

P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. *Figura militaris stans, dextra hastam, sinistra clypeum.*

IMP. CAES. L. SEP. SEV. AVG. COS. II.

BONA SPES. *Spei typus.*

LIBERA AVG. *Figura stans, dextra tesseram frum. sinistra cornucop.*

INVICTO IMP. *Trophaeum.*

IMP. CAE. L. SEP. SEV. PERT. AVG. COS. II.

BONI EVENTVS. *Figura stolata stans, dextra pateram cum frugibus, sinistra spicam & papauer.*

S.P.Q.R. OPTIMO PRINCIPI. *Figura equestris.*

VICT. AVG. *Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam.*

FORTVN. REDVC. *Figura stolata stans, dextra palmam, sinistra cornucopia.*

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. III.

MONETA AVG. S. C. *Monetæ typus tribus figuris expressus.*

*Arg.* VIRT. AVG. TR. P. II. COS. II. P. P. *in areo* S. C. *Fig. militaris stans, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

*Arg.* L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. IIII.

APOLLINI AVGVSTO. *Figura stans, dextra pateram, sinistra lyram. In areo* S. C.

ADVENTVI AVGVSTI FELICISSIMO. *Figura equestris.*

S. C. *Figura stolata stans, dextra duas spicas super panario, sin. cornucop.*

*Clusij.*

IMP. CAESARI L. SEPTIMIO SE
VERO PERTINACI AVG. PON
TIFICI MAX. TRIB. POTEST.
II. IMP. IIII. COS. II. PROCOS.
P. P. ORDO.

*Nepesinæ.*

IMP. CAES. L. SEPTIMIO SEVERO
PERTINACI AVG. PONT. MAX.
TR. POT. II. IMP. IIII.
COS. II. P. P. NEPESINI
OPTIMO FORTISSIMOQ. PRIN
CIPI SVO DEVOTI.

*Aemiliano & Pescennio Nigro ac barbaris regibus deuictis.*

Tr.p. III. Imp. V. Col. II. Orbis 4157. V. C. 947. I. C. 195.

*Arg.* L. SEPT. SEVER. PERT.

P. M. TR. P. III. COS. II. *Figura militaris stans, dextra hastam, sinistra clypeum.*

P. M. TR. P. COS. II. P. P. *Figura nuda corona radiata ornata, sinistra pateram, dextra flagrum. Forte Solis typus.*

IMP.

. . . . . IMP. P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. S.C.
*Imper. stans, dextra victoriolam tenens, cui Victoria lauream imponit.*

*Arg.* L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. II.
INVICTO IMP. *Trophæum.*
TR. P. III. IMP. V. COS. II. *Fig. muliebris humi sedens.*
COS. II. P. P. *Figura gal. stans, dextra hastam, sinistra clypeum.*

*Arg.* L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. V.
PART. ARAB. PART. ADIAB. COS. II. P. P. *Duæ figuræ captiuæ trophæo alligatæ. idem ex ære & S. C.*
P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. *Mars gradiuus.*

ROMAE AETERNAE S. C. *Roma triumphans.*
TR. P. III. COS. II. S. C. *Roma insidens clypeo cum victoriola.*

*Bello Orientali confecto, Imp. V. VI. & VII. appellatus.*

Orbis 4158. V.C. 948. I. C. 196. Tr p. IIII. Imp. VI. VII Cos. II.

*Arg.* IMP. CAE. L. SEP. SEV. PERT. AVG.
TR. P. IIII. IMP. VI. COS. II. *Figura militaris galeata stans, dextra hastam, sinistra clypeum.*

SEV. PERT. AVG.
LIBERO PATRI. *Figura nuda stans, sinistra hastam cum Panthera.*

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VI.
FELICITAS TEMP. *Nauis aut triremis pretoria.*

*Æ.* L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. IMP. VII.
DIVI M. PII F. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. *Figura militaris stans, dextra hastam, sinistra scutum. Erizzo 564.*
*Eadem inscript. Fig. militaris imponens lauream Imp. victoriol. tenenti.*

*Arg.* SEVERVS PIVS AVG.

AFRICA. *Figura stolata stans, cum leone alligato funi.*

VIRTVS AVGVSTOR. *Figura insidens spoliis, dextra victoriolam.*

FORTVNA REDVX. *Fort. red. dextra temonem, sinistra cornucopia.*

MAR. PROP. *Mars gradiuus, dextra hastam, sinistra parmam.*

PVDICITIA AVG. *Figura stolata sedens, dextra obtendens velum faciei, sinistra hastam.*

C. VAL.

*Arg.* C. VAL. HOS. MES. QVINCTVS N. C.
PIETAS AVGG. *Mercurius dextra crumenam, sinistra caduceum.*
SECVRITAS AVGG. *Femina vestita stans columnæ innixa, dextram supra caput ponens.*

*Arg.* C. OVAL. OSTIL. MES. COVINTVS AVG.
VBERITAS AVG. *Figura stolata stans, dextra pileum aut marsupium, aut tale aliquid, sinistra cornucopiæ.*

Γ. ΟΥ. Οϲ. Μ. ΚΟΙΝΤΟϹ ϹΕΒ.
*A.* ΓΝ. ϹΕ. ЄΡΕΝΝ. ϹΑΛ. Γ. ΟΡ. ϹΕΒ. *Auersa caput Barbia Orb. inscript. Græca.*

C. VALENS HOSTILIANVS MES. QVINTVS AVG.
PRINCEPS IVVENTVTIS S. C. *Figura sedens, dextra pomum aut globum tenens.*
MARTI PROPVGNATORI. *Mars gradiuus, dextra hastam, sinistra peltam.*
AETRVSCVS ET QVINTVS CAESS. *Duæ facies iunctæ.*
COLAE KA. . . . . *Figura stolata, dextra hastam tenens. ex ære meus rariss.*

*Arg.* M. C. OVAL. OSTIL. MES. COVINTVS CAESAR.
PVDICITIA AVG. *vt superior.*

## M. PERPENNA LICINIANVS.

TEMPORIBVS Deciorum Imp. est effectus ex s. c. sed paulò pòst pestilentia absumptus interiit. eodem anno vt suprà.

## C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS.

PATRITIA familia ortus, dux limitis Mœsiæ à Decio factus, à Legione quæ à Scytharũ prœlio residua erat, Imp. electus. cùm plus ei inesset fortunæ quàm fidei, Senatus Augustum appellauit. Christiani nominis hostis, proditione Imperium arripuit, & primus Imp. percusso cum Scythis fœdere, tributum pendit, ducentarum drachmarũ aurearum, & iugum Scythicæ seruitutis Imperium sustinuit. vnde insolentiores facti barbari, tributo non cõtenti, impressionem fecerũt in Dardaniam, Thraciam, Macedoniam, Hellada, & Asiam; qui opera Æmiliani ducis limitis Mœsiæ repressi, non sine magna cæde in solitudines suas redire coacti sunt. is re feliciter gesta Imp. ab exercitu appellatur. Gallus Romæ agens, audiens Æmilianum Imp. factum, Volusianum F. consortem Imperij facit; & ad opprimendum Æmilianum profectus, in primo congressu deserentibus cum militibus suis, & Æmiliano adhęrẽtibus, cum filio cæsus est, apud Interamnem op., cùm regnasset annis duobus, anno ætatis 47. Sub eo sęuissima pestilentia ab Æthiopia orta, totum ferè orbem peragrata, vix intra decennium sopita est.

Orbis 4213. V C. 1003. I. C. 251.

*Arg.* IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS AVG.

APOL. SALVTARI. *Apollinis statua stans, dextra ramum lauri porrigens, sinistra citharam tenens.*

VIRTVS AVGG. *Statua militaris, sinistra parmam, dextra hastam.*

FELICITAS PVBLICA. *Fig. dextra victor. sinistra cornucop.*

*Alius eadem inscript. Figura stans, dextra caduceum.*

ANNONA AVGG. *Fig. muliebris, sinistra spicas, dextra temonem.*

VICTORIA AVGG. S. C. *Victoria alata stans, dextra corollam.*

*Aur.* PIETAS AVGG. *Figura stolata stans, vtramque manum attollens.*

LIBERALITAS AVGG. S. C. *Figura stolata stans, dextra tesseram frumentariam, sinistra cornucopia.*

LIBERTAS AVGG. *Cum stella. & areus cum Dea Libertate stante, &* S. C.

PIETAS AVGG. S. C. *Dea stolata stans, expansis vtrimque manibus. idem & ex argento.*

SALVS AVGG. S. C. *Dea Salus, dextra serpentem, sin. Solem.*

IVNONI MARTIALI S. C. *Figura sedens in medio templi.*

APOLL. SALVTARI S. C. *vt superior arg.*

CONCORDIA AVGG. S. C. *Dea stolata, sinistra duo cornuacopia gestans.*

*Arg.* IMP. C. C. VIB. TREB. GALLVS P. F. AVG.

IVNO MARTIALIS. *Figura insidens subsellio, dextra spicas, sinistra hastile.*

*A.* IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.

IVNO MARTIALIS.

ΑΥΤ.Κ.Γ.ΟΥΙΒ.ΤΡΕΒ.ΓΑΛΛΟϹ ΚΑΙ ΟΥΟΛΟΥϹϹΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΚΟΛΩΝ ΔЄ. *Figura insidens templo.* Eriζ.751. *A.*

Orbis 4214. V. C. 1004. I. C. 252.

*Arg.* IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANO AVG.

VIRTVS AVGG. *Figura dextra ramum eleuans, in sinistra hastile & stella.*

*Alius sinistram imponens scuto.*

PIETAS AVGG. *Figura stans expansis vtrimque manibus, cum ara ad pedem dextrum.*

SALVIS

SALVIS AVGG.

CONCORDIA AVGG. *Figura stans, dextra pateram porrigens, sinistra duplex cornucop. & ex ære figura sedens cum* S. C.

AEQVITAS AVGG. *Figura stans, dextra bilancem, sin. cornucopia.*

PAX AVGG. *vt inferior æreus. Fig. dextra victoriolam, sinistra hastam.*

IVNONI MARTIALI. *vt inferior æreus.*

C. VIBIO VOLVSIANO CAES.

VOTIS TRIBVS. *in corona laurea. In nummo Alb. princ. legitur,* DECENNALIBVS S. C.

Æ. APOLL. SALVTARI S. C. *Apollo dextra ramum, sin. citharam.*

PAX AVGG. S. C. *Dea stolata, dextra ramum, sinistra hastam. Eriz. 752.*

FELICITAS PVBLICA S. C. *Figura stolata columnæ innixa, dextra caduceum, sinistra hastam.*

FEL. CONCORDIA AVGG. S. C. *Figura stolata stans, dextra pateram tenens, sinistra duo cornuacopiæ.*

CONCORDIA AVGG. S. C. *Figura sedens, sinistra duo cornuacopia tenens, dextra pateram.*

IVNONI MARTIALI S. C. *Figura sedens in templo.*

AEQVITAS AVGG. S. C. *vt superior arg.*

*Arg.* IMP. C. G. VIB. VOLVSIANVS AVG.

VIRTVS AVGG. *Figura militaris galeata & ocreata, dextra hastam, sinistra peltam tenens. Virtutis masculæ typus.*

Orbis 4215. V. C. 1005. I. C. 253. Tr. p. II. Cos. II.

*Arg.* IMP. CAE. C. VIBIO VOLVSIANO AVG.

P. M. TR. P. II. P. P. COS. II. *Dea stolata sacrificantis ritu.*

IMP. C. VIB. GALVS N. D. VOLVSIANVS AVG.

SAECVLLVM NOVVM. *Templum. Goltzius ita legit.*

*Arg.* IMP. C. C. VIB. VOLVSIANVS AVG.

IVNONI MARTIALI.

IMP. C. VAFCALVFND. VOLVSIANO III.

VBERITAS AVG. *Figura stans, sinistra cornucop.*

*Arg.* IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANO AVG.
P. M. TR. P. IIII. COS. II. *Figura ſtolata ſtans, dextra ramum, ſiniſtra ſcipionem tenens.*
VIRTVTI AVG. *Figura militaris ſtans, dextra ſcutum, ſin. haſtile.*

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΟΥΟΛΟΥϹΙΑΝΟϹ.
ЄΠΙϹΤΡ. ΚΑΚΑΛΛΙϹΤȣ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ.
*Figura inſidens ſubſellio, dextra ramum, ſiniſtra citharam aut lyram.*
ЄΠΙϹΤΡΑΥΡΑΘΗΝΑΙȣ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ.
*Figura ferè eadē cū ſuperiore, nuda ſedens, ſiniſtra neſtio quid, videtur ſcheda.*
*Eo anno Gallus & Voluſianus occiſi ſunt.*

# C. IVLIVS AEMILIANVS.

IN Mauritania ortus, cœpit à pueris ſtipēdia mereri; dux limiti Sarmatico in Mœſia à Decio præpoſitus, & à Gallo non ſubmotus. Scythas non modò fugauit, ſed & magna ex parte profligauit. Poſt victoriam præmiis perſolutis Imp. ab exercitu appellatus. ad hos motus opprimendos Gallus cum F. proficiſcitur; ſed vterque cęditur. Æmilianus Senatui ſcribens, docet ſe Imp. lectum: promittit liberaturum Thracias & Meſopotamiam, atque Armeniam recuperaturum. ſed interea Alpini milites Valerianum eligunt Imp. hoc nuncio accepto Æmilianum milites, ne ciuili bello ſe conficerent, occidunt ad Spoletum, Valeriano cenſorio ſe tradentes. ſolo ducis capite res peracta. Imperauit menſibus III. vt alij IIII. Annos vixit 40. aut 46.

Orbis 4215. V. C. 1005. I. C. 253.

*Arg.* IMP. CAES. AEMILIANVS P. F. AVG.
P. M. TR. P. I. P. P. *Figura ſtans ad ſignum militare, dextra pateram tenens, ſiniſtra haſtam puram.*
*Imp. habitu militari ſacrificans, ſiniſtra haſtam puram tenens.*
SPES PVBLICA. *Spei ſimulacrum.*
VIRTVS AVG.
ERCVL. VICTORI. *Hercules nudus ſtans, dextra clauam, ſiniſtra arcum, dependente exuuio leonis. apud Nicol. Viu.*

VOTIS DECENNALIB. S. C. *in medio corona laurea.*
PACI AVG. *Figura ſtolata ſtans, ſiniſtra innixa columnæ, dextra ramum lauri tenens deorſum.*

*Arg.* IMP. AEMILIANVS PIVS FEL. AVG.
DIANAE VICTRI. *Diana stans, dextra spiculum, sinistra arcum.*
P. M. TR. P. I. P. P. *Imp. imago vestitu militari, cum baculo sinistra, dextra patellam protendens super ara.*
*Aur.* APOLLO CONSERVAT. *Apollo dextra ramum, sinistra citharam.*

## P. LICINIVS VALERIANVS.

HVNC Sex. Aurel. Victor Colobium cognominatum fuisse tradit, stolidum & inertem, neque ad vsum aliquem publicum officio, seu consilio, seu gestis commodum. Verùm alij (vt Treb. Pollio) nobili progenie ortum asserunt, vita & moribus laudatis, ad omnes dignitatum gradus peruenisse, & per 70. annos vitæ probitatem in eo fuisse conspicuam. Sub Decio factus est Censor volũtate Senatus. Imp. factus, maximam de eo spem fortuna fefellit. nam in Persidem profectus, & cum iis bellum gerens, fraude captus à Sapore rege, ignobili miseraque ac perpetua seruitute apud ipsum consenuit. nam quoad vixit, Rex Sapor eo incuruato pedem ceruicibus eius imponẽs, equum ascendere solitus pro scabello eo vsus est. tandem ipsum crudelissima morte, à ceruicibus cute ad imos pedes detracta, necauit: anno ætatis 77.

Orbis 4215. V. C. 1005. I. C. 253. Tr. p. Cos.

*Arg.* IMP. VALERIANVS P. AVG.
SPES PVBLICA. *Spei simulacrum.*
SALVS AVGG. *Dea Salus stans, dextra pateram cum serpente, sinistra hastam tenens.*

FELICITAS AVGG. *Figura stolata stans, sinistra cornucop. tenens.*

Orbis 4216. V. C. 1006. I. C. 254. Tr. p. II. Cos. II.

*Æ.* IMP. C. P. LIC. VALERIANVS AVG. *Caput radiatum.*
COL. TRO. *Figura militaris stans coram tropbæo, cui dexteram imponit; & ad pedes puerulus. post illam Victoria insistens columnæ, quæ sertum imponit figuræ Imp.*
PAX. S. C. *Dea Pax stans, dextra ramum protendens, sinistra hastam.*

IMP.

*Arg.* IMP. C. P. LIC. VALERIANVS AVG.

RESTITVT. GEN. HVMANI. *Figura stolata stans, vtramque manum eleuans.*

FIDES MILITVM. *Fig. stans vtraque manu tenens signum militare.*

VICTORIA AVGG. *Figura dextra sertum, sinistra palmam.*

VICTORIA AVGG. *& ex ære idem cum* S. C.

FIDES MILITVM S. C. *Figura stolata stans inter duo signa militaria.*

APOLLINI PROPVG. *Apollo nudus sagittarius.*

IOVI CONSERVATORI. *Iuppiter nudus stans, dextra fulmen, sinistra hastam.*

Tr.p. III. Col. III. Orbis 4217. V. C. 1007. I. C. 255.

*Arg.* IMP. C. P. LICIN. VALERIANVS P. F. AVG.

CONCORDIA EXERCIT. S. C. *Figura dextra pateram, sinistra victoriolam, aut duo cornuacop.*

RESTITVTOR ORBIS. *Figura militaris stans, sinistra hastam.*

ORIENS AVGG. *Figura nuda gradiens, dextram in sublime attollens, sinistra tenens flagrum. fortè Solis typus.*

FELICITAS AVGG. *Figura stolata stans, dextra hastam, sinistra cornucopia.*

RESTITVT. ORIENTIS. *Duæ figuræ, altera togata & paludata, capite diadema gestans; altera militaris, sinistra hastam tenens.*

VIRTVS AVGG. *Figura militaris stans, dextra parmam, sin. pilum.*

*Alius eadem inscript. cum duabus figuris, altera Imp. vt videtur, altera militaris cum hastis.*

Tr.p. IIII. Col. III. Orbis 4218. V. C. 1008. I. C. 256.

IMP. P. LIC. VALERIANO AVG.

VIRTVS AVG. *Figura militaris stans, dextra victoriolam, sinistra clypeum cum hasta.*

*Æ.* IMP. CAES. P. LIC. VALERIANVS P. AVG.

COL. AM. S. MET. P. O. *Hygiia seu Dea Salus cum Aesculapio. Erizzo* 762.

Tr.p. V. Col. IIII. Orbis 4219. V. C. 1009. I. C. 257.

*Arg.* IMP. C. P. LIC. VALERIANVS AVG.

APOLLINI CONSERVA. *Figura nuda stans, dextra ramum aut spicas, vt videtur, sinistra citharam.*

LAETITIA AVG. *Figura muliebris stolata stans, dextra lauream tenens.*

APOLL. PROPVGN. *Apollo arcum intendens.*

ATT.

Æ. ΑΥΤ. Κ. ΠΟ. ΛΙΚΙΝ. ΒΑΛΕΡΙΑΝΟC.
ΕΦΕΣΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Iuppiter nudus, dextra fulmen, sinistra auiculam super manu. fortè aquila. Eriz. 761.*
ΤΡ. *lego* ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.
ΕΦΕΣΙΩΝ. *Currus triumph. duorum iugatorum.*

Orbis 4222. V. C. 1012. I. C. 260.

Æ. IMP. C. P. LIC. VALERIANVS P. F. AVG.
RESTITVT. ORIENTIS. *Duæ figuræ, quarum altera stolata lauream tenet dextra, altera militaris cum pilo.*
APOLL. SALVTARI. *Figura dextra spicas, sinistra citharam.*

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC CEB. *Pulcher. nummus apud princ. Alb.*
ΝΝΕΝΑ ΔΙΓΕΩΝ. *apud Arietem ordine retrogrado procedendum secundum signa Zodiaci, quæ sunt circum circa, & in medio caput Solis vel Medusa.*

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΠΟ. ΑΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Corona radiata.*
. . . . ΠΟΛΕΙΤΩΝ. *fortè* ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. *aut* ΑΝΤΙ.
*Figura insidens subsellio, dextra victoriolam, vt videtur. Alb. pr.*

Æ. ΑΥΤ. Κ. ΠΟ. ΛΙΚΙΝ. ΒΑΛΕΡΙΑΝΟΣ.
ΕΦΕΣΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Iuppiter nudus, dextra fulmen, sinistra aquilam aut aliam auiculam.*
ΕΦΕCΙΩΝ ΑCΙΑC. *Diana cum cane venatico, arcu & pharetra, & arbore. pulcherr. Alb. pr.*

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Eriz. 753.*
ΕΦΕCΙΩΝ ΑΡΤΕΜΙC. *Diana cum arcu & cane.*

ΑΥΤ. Κ. Π. Λ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Fortuna stans, dextra temonem, sinistra cornucop. cetera in circumf. legi non possunt.*

*P. Licin. Valer. in prœlio victus, à Sapore captus est.*

## MARINIANA,

ALTERA Valeriani vxor, mater P. Licinij Valeriani.

*Arg.* DIVA MARINIANA.
CONSECRATIO. *Aquila ferens animam Marinianæ in cælum.*

CONSECRATIO S. C. *Cum pauone.*

## P. LICINIVS GALLIENVS,

VALERIANI Imp. F. omnibus artibus clarus, primùm Cæsar, deinde Augustus à patre appellatus, eique Imperium cõmissum, cuius initia nulla præclara gessit. Patre capto, cùm reliqui mærerent, ipse lætatus est. excusso ceruicibus iugo paterno, vino, mulierculis, popinis, lenonibus se totum dedidit. Hunc fortuna in XV. Imperij annum reseruauit; quo aduersus Aureolum profectus, eiusdem commento à suis cum fratre Valeriano & F. Gallieno est interfectus, circa Mediolanum ad pontem Aureolum. qui natus abdomini & voluptatibus dies & noctes vino ac stupris perdidit orbem terrarum. Obiit anno ætatis 50. cùm imperasset annis XV. cum patre VII. solus VIII.

*Te.p.* Orbis 4215. V. C. 1005. I. C. 253.

*Aur.* GALLIENVS AVG.
DEO AVGVSTO. *Caput Augusti. Eriz. 189.*
VIRT. GALLIENI AVG. *Equestris statua decurrens super captiuum humi prostratum.*
LAETITIA AVG. *Dea stans stolata, dextra sertum, sinistra scipionem gestans.*

*Aur.* FIDES MILITVM. *In corona oleaginea. Alb. pr.*

DIANAE CONS. AVG. *Ex ære minutus cum ceruo.*
APOLLINI CONS. AVG. *Cum hippocentauro.*
SECVR. PERPET. *Figura stolata, cum hasta in dextra.*
IOVI VLTORI S. *Iuppiter stans, dextra fulmen tenens.*
LIBERAL. AVG. *Figura stans, dextra tesseram frumentariam, sinistra cornucopia.*
LEG. II. ITAL. VI. P. VII. F. *Lupa cum Rom. & Remo.*
LEG. II. PART. VII. P. VII. F. *Hippocentaurus.*

Orbis

Orbis 4216. V. C. 1006. I. C. 253. Tr. p. II. Cos.

*Arg.* IMP. GALLIENVS PIVS AVG.

SPES PVBLICA. *Spei simulacrum.*

VICTORIAE AVGG.

VICT. GERMANICA. *Victoria alata gradiens, dextro pede conculcans captiuum, dextra lauream tenens.*

*Arg.* IMP. C. P. LIC. GALLIENVS AVG.

PAX AVGG. *Dea Pax, sinistra hastam puram, dextra ramum.*

*Eadem inscript. & eadem figura ex aere cum* S. C.

*Æ.* SECVRITAS AVG. S. C. *Dea stolata stans, dextram imponens capiti, sinistra columna innixa, hastam puram tenet.*

COL. IVL. AVG. FEL. *Figura stolata cum cruce & victoria super basim. Erizzo 763.*

Orbis 4217. V. C. 1007. I. C. 255. Tr. p. III. Cos. II.

*Æ.* IMP. GALLIENVS P. F. AVG. G. M.

P. M. TR. P. III. COS. *Figura sacrificans.*

*Æ.* GALLIENVS AVG.

VIRTVS AVG. *Figura militaris stans, dextra clypeum, sin. hastã tenens.*

INDVLGENTIA AVG. *Figura sedens, dextra sorollam, sinistra hastam puram.*

P. M. TR. P. III. COS. *Figura sacrificans.*

Orbis 4218. V. C. 1008. I. C. 256. Tr. p. IIII. Cos. II.

*Arg.* IMP. C. P. LICIN. GALLIENVS P. F. AVG.

P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P.

*Æ.* VIRTVS AVG. *Duo milites hastati, alter globum sinistra tenens, alter aquilam dextra.*

Orbis 4219. V. C. 1009. I. C. 257. Tr. p. V. Cos. III.

GALLIENVS AVG.

PROVIDENTIA AVG. *Figura stolata stans, dextra crumenam, sinistra caduceum Mercurij.*

Tr.p.VI. Col.III. Orbis 4220. V. C. 1010. I. C. 258.

*Aur.* GALLIENVS AVG.

FIDES MILITVM. *In corona laurea.*

GALLIENVS AVG.

IOVI CONS. AVG. *Animal quoddam ignotum.*

SOLI CONS. AVG. *Pegasus.*

VICTORIA AVG. III. *Victoria cum laurea & palma.*

AETERNITAS AVG. *Figura dextram eleuans in sublime.*

LIBERO P. CONS. AVG. *Panthera.*

DIANAE CONS. AVG. XII. *Animal cornutum.*

Tr.p.VII. Col.III. Orbis 4221. V. C. 1011. I. C. 259.

IMP. GALLIENVS AVG.

P. M. TR. P. VII. COS. III. *Pietas libans.*

GALLIENVS AVG.

LEG. I. AVG. P. VI. F. *Figura militaris stans, dextra victoriolam, sinistra hastam & scutum.*

Tr.p.VIII. Col.III. Orbis 4222. V. C. 1012. I. C. 260.

GALLIENVS P. F. AVG.

P. M. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. *Mars gradiuus, dextra hastam, sinistra spolia super humeros.*

GALLIENVS AVG.

MARTI PACIFERO. *Figura militaris, dextra ramum lauri porrigens, sinistra clypeum & hastam.*

ABVNDANTIA AVG. *Figura stolata effundens è sinu pecunias.*

SVSC. AVG. *Figura insidens subsellio, sub cuius pedibus alia aquis innatare videtur.*

Tr.p.IX. Col.IIII. Orbis 4223. V. C. 1013. I. C. 261.

GALLIENVS AVG.

P. M. TR. P. VIIII. COS. IIII. P. P. *Figura stolata stans sacrificantis habitu, dextra pateram super aram, sinistra baculum.*

Orbis

Orbis 4224. V. C. 1014. I. C. 262. Tr. p. X. Col. V.

GALLIENVS P. F. AVG.

GERMANICVS MAXV. *Trophaeum.*

VICT. GERMANICA. *Victoria insistens globo, sinistra sertum, dextra spolia gestans.*

DEO MARTI. *Mars in templo quodam.*

VICTORIA AVG. *Victoria alata stans, dextra lauream, sinistra palmam.*

IOVI STATORI. *Iuppiter dextra hastam, sinistra fulmen.*

Æ. IMP. GALLIENVS P. F. AVG. GERM.

A. AVGG. S. C.

*Figura stolata stans, dextra spicas super panario, sinistra cornucopia.*

Orbis 4225. V. C. 1015. I. C. 263. Tr. p. XI. Col. V.

Arg. IMP. GALLIENVS AVG.

Æ. DIANA FELIX. *Diana cum arcu & cane venatico.*

DIANAE CONS. AVG. *Cum cerua. idem cum nota* XII.

APOLLINI CONS. AVG. *Monstrum alatum.*

NEPTVNO CONS. AVG. *Monstrum marinum, anteriore parte equus, posteriore cauda balena. idem ex ære.*

Orbis 4226. V. C. 1016. I. C. 264. Tr. p. XII. Col. VI.

IMP. GALLIENVS AVG.

FORTVNA REDVX. *Fortuna sedẽs, in alio stans cũ temone & cornuc.* De Persis & Rege Sapore.

VICTORIA AVGG.

Arg. FIDES MILITVM. *Duo signa militaria, & in medio aquila.*

VICTORIA AET. *Figura alata stans, dextra lauream, sin. palmam.*

Orbis 4227. V. C. 1017. I. C. 265. Tr. p. XIII. Col. VI. Des. VII.

IMP. GALLIENVS AVG.

VIRTVS AVG. *Fig. militaris, dextra ramum, sinistra pilum.*

IOVI VICTORI. *Iuppiter insistens cippo, cum inscript.* IMP. CES.

Orbis 4228. V. C. 1018. I. C. 266. Tr. p. XIIII. Col. VII.

IMP. CAES. P. LIC. GALLIENVS.

CONCORDIA AVGG. *Duæ dexteræ iunctæ.*

Æ. ATT. ΓΑΛΛΗΝΟϹ CЄB. *Figura cum pelta & ſpiculo.*
ΠЄΡΙΝΘΙΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ. *Herculis cum leone lucta.*

Æ. ATT. K. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ.
CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝЄΩΚ. . . . .
CЄΗ. CΤΟΥ. *Figura pulcherrima inſidens ſubſellio, ſiniſtra globo innixa, dextra porrigens pateram. Vterq. pulcherr. apud pr. Alb.*

V. C. 1020. *P. Lic. Gall. & P. Licin. Valer. occiſi.*

## CORNELIA SALONINA PIPARA.

REGIS Marcomannorum filia, Gallieni vxor. hanc perditè amauit, atque per pactionem conceſſit ſocero partem ſuperioris Pannoniæ.

*Arg.* SALONINA AVG.
PIETAS AVGG. *Figura ſedens, ſiniſtra haſtam puram, ad dextram duo pueruli.*
ROMAE AETERNAE. *Roma galeata ſedens, dextra porrigens Imp. victoriolam.*
VENVS FELIX. *Venus ſedens, dextra pateram cum pauone, ſiniſtra haſtam puram.*
FELICIT. PVBLI. *Figura ſedens, ſiniſtra cornucop. dextra ſcipionem.*
SALVS AVG. *Dea Salus cum ſerpente.*
IVNO REGINA. *Figura ſtans, ſiniſtra haſtã puram, dextra pateram.*
VENVS VICTRIX. *Venus ſiniſtra palmam.*
FECVNDITAS AVG. *Figura muliebris ſtans, ſiniſtra cornucopiæ, dextram protendens ſupra puerulum.*
PVDICITIA. *Pudicitia typus, in aliis ſtans, in aliis quibuſdam nummis ſedens.*
PIETAS AVG. *Pietatis typus ſtantis coram ara.*
DIVAE SEGETIAE. *Figura ſtolata inſiſtens porticu, expanſis vtriſque manibus.*

CORN. SALONINA AVG.
CONCORDIA AVGG. *Figura ſedens, dextra paterã, ſiniſt. cornucopia.*
*Eadem inſcriptio. Duæ figuræ iungentes dexteras.*
VESTA. *Figura ſtolata ſtans, dextra pateram, ſiniſtra tedam.*
AEQVITAS PVBLICA. *Tres figuræ ſtolatæ ſtantes, dextra bilancem, ſiniſtra cornucop. tenentes. Aereus pulcherrimus Alb. princ. Bauariæ.*

ΚΟΡ. CΑΛΩΝЄΙΝΑ CЄΒ.
ЄΠΙϹ. ΟΚΤ. ΑΡΤЄΜΙΔΩΡΟΥ Θ. ΤΑΤЄΙΡΗΝΩΝ. *Figura ſtolata ſtans, dextra facem oblongam, ſiniſtra papauer & ſpicam. rariſſ. æreus Alb. pr. Ban.*

ΘΑΛΩΝ. ΧΡΥΣΟΓΟΝΗ ϹЄ.
ЄΦЄϹΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑϹΙΑϹ. *Diana venatrix succincta & ocreata, cum pharetra à tergo dependente, dextra facem, sinistra arcum cum sagitta, cum cerua ad pedes. Eiusdem princ. Alb.*

## SALONINVS VALERIANVS.

GALLIENI F. in iuuenta mortuus.

SALONINVS VALERIANVS.

*Arg.* SAL. VALERIANVS CAES.
PRINC. IVVENT. *Figura stans, dextra hastile.*
PIETAS AVG. *Vasa pontificalia.*

DIVO CAES. VALERIANO. *Corona radiata ornatus Val.*
CONSECRATIO. *Aquila.*
*Eadem inscriptio. Ara, flamma superposita.*

ΑΙΚ. ϹΑΛΩΝ. ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟϹ.
ЄΦЄϹΙΩΝ Γ. ΝЄΩΚΟΡΩΝ. *Diana cum ceruo.*

## SALONINVS GALLIENVS,

ALTER Gallieni F. dictus vel à matre Salonina, vel quòd Salonis natus esset. Hunc in locū Valeriani F. in iuuenta mortui pater surrogauit. Puer adhuc decennalis à Gallis non sua sed patris causa necatur: cuius extat hæc inscriptio: GALLIENO MINORI SALONINO NOB. CAESARI.

## P. LICINIVS VALERIANVS.

VALERIANI Imperatoris F. Gallieni frater, adolescens forma conspicuus, verecundia laudabilis, eruditione pro ætate clarus, moribus iucundus, à fratris dissolutione seiunctus, à patre absente Cæsar, à fratre Augustus est appellatus, nobiliter natus, sed matre alia quàm Gallienus, optimè educatus, miserabiliter cum fratre interemptus, & Claudij iussu circa Mediolanum sepultus hoc elogio: VALERIANVS IMPERATOR.

Orbis 4229. V. C. 1019. I. C. 267. Tr. P.

*Arg.* VALERIANVS CAESAR.
IOVI CRESCENTI. *Iuppiter insidens capra Amalthea.*

ΠΟ. ΑΙΚ. ϹΑΛΩΝ. ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒ.
*Salonini iunioris facies cum aquila.*
ΠЄΡΓΑΙΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ.
ΙЄΡΟϹ. *Rariss. æreus nummus apud Alb. pr. Bauariæ.*

Orbis

Orbis 4230. V. C. 1020. I. C. 268.

*Arg.* LIC. COR. SAL. VALERIANVS N. CAES. PRINC. IVVENT.

PRINCIPI IVVENTVTIS S. C. *Figura stans, dextra globum, sinistra hastam seu pilum.*

ΑΥΤ. Κ. ΠΟ. ΛΙΚΙΝ. ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. ΕΦΕΣΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Erizzo 761.*
ΤΡ. ΕΦΕΣΙΩΝ. *Bigæ triumphales.*

*Eo anno P. Licinius Gallienus, & P. Licin. Valerianus fratres occisi.*

## XXX. TYRANNI.

## CYRIADES.

Augustus in Suria appellatur.

PATREM Cyriadem fugiens diues & nobilis cùm luxuria sua & moribus perditis sanctum senem grauaret, direpto auro & argento ad Persas se contulit. Sapori sociatus bellum Romanis infert. capta Antiochia & Cæsarea Cæsareum nomen accepit: inde Augustus appellatur. Cùm omnem Orientem vel virium audacia vel terrore quateret, patremque interemisset, ipse per insidias suorum, cùm Valerianus iam ad bellum Persicum veniret, occisus est. imperauit annum vnum.

Orbis 4220. V. C. 1010. I. C. 258.

## D. LAELIVS INGENNVVS.

In Pannoniis.

GALLIENO Imperatore vino & popinis vacante, & luxuriæ continuatione omnia bona perdente, Ingennuus qui Pannonias regebat, à Mœsiacis legionibus Imp. est dictus; & consultum id militibus videbatur, propter instantes Sarmatas, vt fessis rebus mederi sua virtute posset. Hic à Gallieno conflictu habito victus est; qui cùm nullo discrimine in omnes sæuiret, adeò vt nonnullas ciuitates virili sexu vacuas relinqueret, veritus ipsius crudelitatem, pugione se transfodit, vir fortiss. Reip. necessarius, & militi acceptissimus, prœlio victus à Gallieno apud Mursiam.

V.C. 1014.

Orbis 4220. V. C. 1010. I. C. 258.

ODE-

## ODENATHVS.

In Suria Imp. Cæſ. Auguſtus appellatus eſt. Palmirenorum princeps, congregata militum & agreſtium manu, rem Romanam tutatus, aſſumpto nomine Regio cum coniuge Zenobia & F. maiore natu Herode ex alia nato coniuge, collectis copiis in Perſas profectus, Niſibin & Orientem cum Meſopotamia in poteſtatem recipit. Cteſiphontem vſque profectus, Saporem cum liberis in fugam vertens, gazam regiam & cócubinas cepit. Quietum interfecit. tandem à conſobrino ſuo Mæonio cum filio Herodiano eſt occiſus. In Suria.

Orbis 4222. V. C. 1012. I. C. 260.

## HERODIANVS.

Odenathi Aug. F. à patre Imp. Cæſ. Auguſtus appellatus, homo delicatiſſimus, prorſus orientalis, & Græcæ luxutiæ: cum patre periit. In Suria.

Orbis 4222. V. C. 1012. I. C. 260.

IMP. CÆS. HERODES P. F. AVG. *Caput radiatum.*

PAX AVGVSTI. *Figura ſtolata ſtans, dextra ramum porrigens, ſiniſtra baculum per tranſuerſum. in pict. Alb. P.*

## M. ACILIVS AVREOLVS.

Dvx exercitus Illyrici in contemptum Gallieni à militibus fit Imp. contra quem Gallienus vt virum fortem ſæpe pugnans communicato cum eo Imperio pacem fecit. eius tandem dolo Gallienus à ſuis interficitur. Hunc, quia grauior Reip. fuerat Claudius, vt primùm Imp. factus, conflictu cum eo habito, à Reip. gubernaculis depulit; tyrannumque, miſſis ad populum edictis, datiſque ad Senatum orationibus, iudicauit: ab eodem tandem circa Mediolanum in ponte qui Aureolus dicitur, occiſus, atq. illic ſepulchro humiliore vt tyranno & epigrammate donatus. Imperauit annis 8. Alij inuito Claudio ab Aureliano Aureolum interfectum dicunt; alij mandante ac volente. Flau. Vopiſcus. 353. In Illuria. V.C.1020.

Orbis 4222. V. C. 1012. I. C. 260.

## M. FVLVIVS MACRIANVS.

In Aſia Imp. Cæſar Aug. appellatus eſt, vir fortis, conſtans, integer, probatus in Rep. & diues, ſenex cum duobus filiis Imp. creatur. Baliſtæ conſilio, rebus in Oriente compoſitis, contra Gallienum proficiſcitur: cui obuiam proceſſit Domitianus Aureoli dux fortiſſimus, cumque in Illyrico vel Thra- In Aſia.

ciarum extremis 45000. militibus stipatū vincit, & cum F. interimit, exercitu in Aureoli potestatem veniente. Imperauit biennio: obiit v. c. anno 1015.

Orbis 4223. v. c. 1013. I. c. 261.

L. CLODI. MACRI. S. C. *Statua stans, dextra pileum lib. sinistra pateram.*

LIB. MACRIANA LEG. I. *Duo signa militaria, in medio aquila. Hic nummus penes me est elegans valde. num verò ad illum Macrianum referri debeat, incertum est; nam prænomen repugnat.*

## Q. FVLV. MACRIANVS.

A patre Imp. Cæs. Augustus eodem anno appellatus, à Valeriano tribunus constitutus, multum armis potens, cum patre à Domitiano Aureoli duce vincitur & occiditur, v. c. 1015.

*Arg.* IMP. C. FVL. MACRIANVS P. F. AVG.
ROMAE AETERNAE. *Roma insidens clypeo, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

DIVO MACRIANO.
CONSEGRATIO. KAA. *Aquila. in picturis Alb.*

## CN. FVLVIVS QVIETVS.

MACRIANI senioris F. Balistæ voluntate cum patre & fratre Imp. dictus, adolescens Imperio dignus, ab Odenato qui iam certior factus Macrianum cum filio ab Aureolo victos & occisos, milites quoque in eius potestatem concessisse, quasi Gallieni vindicaret partes, est interfectus, v. c. 1015.

IMP. C. FVL. QVIETVS P. F. AVG. *Caput radiatum.*
SPES PVBLICA. *Spei typus.*

## SER. ANICIVS BALISTA.

In Asia. VIR insignis, eruditus, in consiliis vehemens, in expeditionibus clarus, ad Remp. gerendam singularis. Valeriani præfectus, eique acceptissimus in Asia Imp. Cæs. Aug. appellatus, occisus vel per Aureoli milites, vel à quodam gregario in Odenati gratiam, cubans in tentorio suo.

Orbis 4223. v. c. 1013. I. c. 261.

P. VA-

## P. VALERIVS VALENS.

Vir militaris & ciuilium virtutum gloria pollens, proconsul Achaiæ, ob inuidiam in Macrianum, in Macedonia Imp. Cæs. Aug. appellatur, & breui à militibus interimitur. In Macedonia.

Orbis 4223. V. C. 1013. I. C. 261.

## L. CALPVRNIVS PISO.

Ex nobili Pisonum familia, vir Consularis, cui similem Resp. Rom. tum non habebat, à Macriano ad interficiendum Valentem missus, in Thessaliam concessit, atque illic sumpsit Imperium, vir summæ sanctitatis & suis temporibus frugi dictus: missis à Valente percussoribus, trucidatus paulo antè quàm à suis Valens occideretur, anno 1013. In Thessalia, eodem anno.

Orbis 4223. V. C. 1013. I. C. 261.

## TI. CESTIVS ALEX. AEMILIANVS.

Apud Ægyptos in Gallieni odium cogitur Imperium suscipere, consentiente exercitu Ægyptio: Thebaidem & Ægyptum peragrauit, Barbarorum gentes submouit. Virtutum merito Alexander dictus. Parata in Indos expeditione à Theodato captus, & Gallieno missus, viuus in carcere strangulatur, eodem anno. In Ægypto.

## M. CASSIVS LATIENVS POSTVMVS.

Occiso Salonino quem Gallienus ei instituendum commiserat, arripuit Imp. apud Gallos per annos septem. Erga hunc magnus amor Gallicæ gentis: nam, submotis Germanis, Roman. in pristinam securitatem reuocauit Imperium. Hunc Valerius Imp. transrhenani limitis ducem & Galliæ præsidem fecit, virum quem præ ceteris stupebat, & qui locum principis iure merebatur. Francos, qui olim Sicambri, postea Menapij dicti, consederant ad eũ locum quò mare Rhenus influit, sibi asciuit, atque Imperium apud hos decennio possedit. hæc pars tum Gallia Belgica dicebatur, vbi tum Franci habitabant. ab iisdem nouarum rerum cupidis interemptus est, agente Lolliano. In Gallia.

*Aur.* IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG.
VICTORIAE AVG. *Currus triumph. cum biiugis.*

POSTVMVS AVG. *Postumi caput galeatum. in galea apparent biga equorum marinorum, & alia.*

VICT. COMES AVG. *Victoria alata Imp. equitem deducens, cui in dextra pilum protensum.*

Orbis 4224. V. C. 1014. I. C. 262. & sequentibus.

Æ. IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS P. F. AVG.

LAETITIA AVG. *cum naue pratoria. meus elegans.*

VICTORIA AVG.

. . . P. COS. II. P. P. S. C. *Figura militaris stans, dextra globum, sinistra hastam.*

*Aur.* IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG.

PAX AVG. *Figura stans, dextra ramum, sinistra hastam.*

NEPTVNO REDVCI. *Fig. stans, dextra delphinũ, sinistra tridentẽ.*

HERC. PACIFERO. *Hercules cum claua.*

MONETA AVG. *Fig. stolata, dextra bilancem, sinistra cornucopiæ.*

MINERV. FAVTR. *Minerua dextra ramum protendens, sinistra hastam & parmam tenens.*

HERC. DEVS ONIENS. *Hercules sinistra clauam, dextra pellem leonis gestans.*

SALVS AVG. *Aesculapius.*

*Alius eadem inscript. Dea Salus, dextra pateram, sinistra temonem tenens.*

SAECVLI FELICITAS. *Figura militaris gradiens, dextra globum, sinistra hastam tenens.*

FORTVNA AVG. *Fortuna stans, dextra temonem, sin. cornucopiæ.*

ENTIA AVG. *Nauis pratoria.*

SALVS PROVINCIARVM. *Rheni bicornis simulacrum humi iacens.*

SAECVLO FRVGIFERO.

P. M. TR. P. COS. II. P. P. *Figura militaris stans cum hasta.*

P. M. TR. P. COS. III. P. P. *Figura militaris gradiens, dextra hastam, sinistra spolia gestans.*

P. M. TR. P. COS. IIII. P. P. *Figura militaris aut Martis gradiui, dextra hastam tenentis.*

COS. IIII. *Figura stans, sinistra signum militare tenens.*

P. M. TR. P. COS. III. P. P.

AETERNITAS AVG. *Hercules imponens sertum Imp.*

LAETITIA AVG. *cum triremi.*

*Arg.* VICTORIA AVG. *Victoria alata, dextra sertum, sinistra pilum.*

FELICITAS AVG. *Dea stolata, dextra hastile, sinistra cornucopiæ.*

FIDES MILITVM. *Figura stans, singulis manibus gestans signum militare. idem ex are.*

IOVI STATORI. *Iuppiter stans, dextra hastam, sinistra fulmen.*
SERAPI COMITI AVG. *Figura stolata, sinistra hastam.*
*Alius. Dea Serapis cum rostro nauis ad pedes.*
VIRTVS AVG. *Figura gradiens, dextra pilum, sinistra parmam.*
IOVI PROPVGNATORI. *Iuppiter cum fulmine in dextra.*
ORIENS AVG. *Figura dextram in sublime eleuans.*
PROVIDENTIA AVG. *Fig. stans, sinistra hastam, dextra globum.*

*Aur.* POSTVMVS PIVS AVG.
P. M. TR. P. COS. IIII. P. P. *in alio*, COS. II. P. P.
VBERTAS AVG. *Figura stans, dextra cornucopiæ, sin. crumenam.*
SALVS EXERCIT. *Aesculapius.*
REST. ORBIS. *Figura militaris seu Imp. porrigentis dexteram alij figuræ.*

## C. IVN. CASSIVS POSTVMVS.

POSTVMI F. adolescens ita litteris omnibus instructus, & in declamationibus tam disertus, vt eius controuersiæ Quintiliano dicantur insertæ, declamator Romani generis acutissimus. Tribunatum Vocontiorum à Valeriano adeptus, vt qui se dignum patris moribus redderet, à patre Cæsar appellatus, ac deinceps in eius honore Augustus. Rebellione quadam ab equitibus Romanis vna cum patre est interfectus apud Francos seu Sicambros.
*Arg.* IMP. C. M. LAT. POSTVMVS P. F. AVG.
SALVS PROVINCIARVM. *Rhenus bicornis iacens, cubito sinistro globo innititur, anchoram tenens ad dextram nauis.*

Æ. MERCVRIO PACIFERO. *Mercurius. Relig.* 153.

Æ. HERCVLI MACVSANO. *Hercules. Relig.* 174.

## Q. NONIVS REGILLIANVS.

DACVS, Decebali affinis, vir in militari scientia semper probatus, & Gallieno iam antè suspectus, quòd dignus videretur Imperio. Mœsis autoribus Imp. est factus, in quorum parentes grauiter Gallienus sæuierat. In Illyrico contra Sarmatas multa præclara gessit. Autoribus tamen Roxolanis (Moschos appellant) consentientibusque militibus, & timore prouincialium, ne Gallienus grauiùs in eos sæuiret, interemptus est. In Pannonia.
Orbis 4225. V. C. 1015. I. C. 263.
IMP. C. REGILIANVS P. F. AVG. *Caput radiatum.*
CONSECRATIO. *cum ara. In picturis Alb. princ.*

## SEX. IVLIVS SATVRNINVS.

In Aegypto. GALLIENI dissolutionem ægrè ferens, à militibus Imperium coactus suscepit. Vir prudentiæ singularis, grauitatis insignis, vitæ amabilis, militaris disciplinæ obseruantissimus, Barbarorum victoria clarus. Post multa strenuè in Imp. gesta, quòd esset militibus seuerior & grauior, ad iisdem ipsis à quibus electus erat, interemptus est, V. C. 1016.

## C. ANNIVS TREBELLIANVS.

In Isauria. ISAVRIÆ princeps, ex archipirata fit Imperator. monetam etiam suo nomine cudi iussit, & palatium in arce Isauriæ cōstituit. Cùm se in intima Isauriæ loca, munitus difficultate locorum & montibus, contulisset, apud Cilicas imperauit. Tandem à Gallieni duce victus & occisus est, V. C. 1017.

## T. CORNELIVS CELSVS.

In Africa. AB Afris peplo deæ cælestis ornatus fit Imp. ea iustitia & corporis magnitudine, vt dignus videretur Imperio. Per quandam mulierē Gallienam, Gallieni consobrinam, septimo die interemptus. corpus eius à canibus absumptum, V. C. 1015.

## AP. CLAVDIVS CENSORINVS.

In Italia. VIR militaris, Consulatu & præfectura functus, post multos honores cùm in agro suo degeret senex, & vno pede claudicans ex vulnere quod bello Persico acceperat, fit Imp. deinde ab iisdem militibus à quibus Imp. factus fuerat, interemptus, cùm disciplinam censoriam ferre non possent.

Orbis 4226. V. C. 1016. I. C. 264.

## HERENNIANVS, THIMOLAVS, VABALATHVS,

In Syria. ODENATI filij, quorum nomine Zenobia vsurpato, sibi Imperio diutius quàm feminam decuit, Imperatorio habitu ipsum & fratres concionibus adhibuit, quas illa viriliter frequentauit. Hi aut ab Aureliano interempti, aut morte naturali consumpti. V. C. 1017.

## MOEONIVS.

In Oriēte. ODENATI consobrinus, homo spurcissimus, inuidia ductus Odenatum cum filio interemit, consentiente Zenobia, quæ ferre non potuit quòd priuignus priore loco quàm filij eius Herennianus & Thimolaus principes dicerentur, per errorem Imp. appellatus; breui pro luxuriæ suæ meritis occiditur. V. C. 1018.

## SP. SERVILIVS LOLLIANVS.

HVIVS rebellione in Gallia Postumus vir omnium fortissimus interemptus est, cùm iam nutans Gallieni luxuria in veterem statũ Rom. reformasset Imperium. in eius locum Imp. à Francis in expeditione militari perseuerantibus creatur. Augustus dictus plerasq. Galliæ ciuitates, nonnulla etiam castra, Germanorum irruptione diruta, integrauit. Vir fortissimus, sed rebellionis occasione minorem apud Gallos autoritatem de suis viribus tenens, à militibus quòd in labore nimius esset, occisus, v. c. 1019. In Gallia.

## A. POMPONIVS AELIANVS.

IMPERIVM arripuit Moguncíaci, & occisus est, v.c. 1020. In Germania.

## M. AVRELIVS VICTORINVS.

INTERFECTO Lolliano in Imperio remansit, vir fortissimus & præter libidinem optimus Imp. sed cùm corrumpendis militũ matrimoniis vacaret, à quodam actuario, cuius vxorẽ constuprauerat, Agrippinæ cum filiolo interfectus: virtute Traiano, clementia Antonino, grauitate Neruæ, gubernando ærario Vespasiano, censura vitæ Pertinaci, & seueritate militari Seuero comparatus. In Gallia.

Orbis 4229. v. c. 1019. I. C. 267.

*Arg.* IMP. C. VICTORINVS P. F. AVG.

PROVIDENTIA AVGVSTI.

FORT. REDV. *Fortuna insidens subsellio, dextra temonem, sinistra cornucopia.*

*Æ. minuti.* VICTORIA AVG.

PAX AVG. *Dea Pax, dextra ramum protendens.*

SALVS AVG. *Dea Salus cum serpente.*

VIRTVS AVG. *Statua militaris stans, dextra hastam, sinistra clypeum, vt videtur.*

*Aur.* IMP. VICTORINVS P. F. AVG.

VOTA AVGVSTI. *Duæ facies aduersæ, fortè patris & filij.*

V. C. 1022. *cum filio interfectus.*

L. AV-

VICTORINI F. Victoriæ nepos, à patre & auia sub eadem hora qua Victorinus interemptus, Cæsar nuncupatus, ac statim à militibus cum patre prope Agrippinam interfectus V. C. 1022.

Orbis 4229. V. C. 1019. I. C. 267.

*Arg.* IMP. C. PIAV. VICTORINVS P. F. AVG.
*subaratũ.* PAX AVG. *vt superior.*

*Inscriptio apud Agrippinam in marmore.*
Hic duo Victorini Tyranni siti sunt.

## MARIVS.

In Gallia. Ex fabro ferrario Imp. triduo tantùm, vir strenuus ac militaris. Occisus à quodam milite operario eius, in officina fabrili, qui gladio in eũ ruens dixit, Hic est gladius quem ipse fecisti. Miræ erat in manibus & digitis fortitudinis. Occisus V. C. anno 1019.

IMP. C. MARIVS P. F. AVG. *Corona radiata.*
CONCORDIA MILITVM. *Duæ dexteræ iunctæ in libro depicto princ. Alberti.*

## P. PIVES. TETRICVS.

In Gallia. GALLIÆ præses Victoria suadente Imperium suscipit, & Aug. appellatur. cùm multa præclara egisset, & militum insolentiam diutius ferre non posset, maluit se Aureliano committere, quàm insidiosis imperare. Aurelianus eum cum Zenobia in triumpho duxit. postea verò non solũ viuere, sed etiam in summa dignitate commissa illi tota Italia manere passus est, illum sæpe collegam, nonnumquam commilitonem, aliquando Imperatorem appellans.

Orbis 4230. V. C. 1020. I. C. 268.

Æ. IMP. C. TETRICVS P. F. AVG.
SALVS AVG. *alius* AVGG. *Dea Salus, dextra paterã, sin. temonẽ.*
*Al. Dea Salus stans, dextra serpentem lambentem ex patera quam sinistra tenet.*
PAX AVG. *Dea Pax stans, sinistra hastam, dextra ramum.*
HILARITAS AVGG. *Dea stolata stans, dextra palmam, sinistra cornucop. gerens.*
VICTORIA AVG. *Victoria alata gradiens, dextra lauream, sinistra palmam.*
SPES AVGG. *Dea Spes.*
FIDES MILITVM. *Figura stolata stans inter duo signa militaria.*

VIRTVS

VIRTVS AVG. *Figura militaris galeata stans, dextra peltam, sinistra hastam. Alb. pr.*

HILARITAS AVG. *Figura stolata stans, dextra ramum lauri, sinistra infantulum nudum plicantem manus.*

COMES AVG. *Figura alata & stolata stans, dextra caduceum, sinistra palmam oblongam. pictura Alb.*

CONCORDIA AVGG. *Duæ dexteræ iunctæ.*

SPES PVBLICA. *Spei typus.*

CONSECRATIO. *cum aquila.*

## C. PIVESVS TETRICVS,

CÆSAR nuncupatur patre Imperium arripiente à Victoria: cum patre ab Aureliano in triumphum ductus, & deinde omnibus senatoriis honoribus functus, illibato patrimonio, quod ad posteros suos transmisit.

Orbis 4230. V. C. 1020. I. C. 268.

Æ. C. PIVESV. TETRICVS CAE.

SPES AVGG. *Dea Spes.*

PAX AVG. *Dea Pax, sinistra hastam, dextra ramum.*

SPES PVBLICA. *vt superior.*

PIETAS AVGVSTOR. *Vasa pontificalia.*

LAETITIA AVG. *Figura stolata stans, dextra corollam seu sertum deorsum tenens nudo brachio, sinistra ancoram, vt videtur.*

SALVS AVG. *Salutis stantis typus, dextra pateram cum serpente, sinistra temonem.*

IMP. TETRICVS PIVS AVG.

P. M. TR. P. III. COS. P. P. *Figura muliebris nudo capite, capillitio oblongo, stans, dextra signum militare tenens, sinistra scipionem. in picturis Alberti princ.*

## M. AVRELIVS CLAVDIVS GOTTHICVS,

E Dalmatis vel Dardaniis oriundus, vir integerrimæ vitæ, morum grauitate insignis, & in quo magnorum principum dotes emicuerunt, vt in eo Traiani virtus, Antonini pietas, Augusti moderatio cerneretur. Staturę procerę, oculis ardentibus, vultu lato, digitis adeò robustis, vt sæpe equis & mulis ictu pugni dentes excusserit. amauit parentes, fratres & propinquos: inuidit nulli; malos persecutus est, militaribus virtutibus maximè clarus sub Decio & Valeriano. Gallieni morientis sententia Imp. est designatus. Imperium ad-

eptus leges optimas condidit:& in Reip. gubernaculis ita se gessit, vt eius stirpem ad Imperium senatus principesque eligerent. Sarmatas, Gotthos, Scythas, Quados, qui Romanum vastabant Imperium, consumpsit. Daciam recuperauit, Gotthos & Sarmatas, qui prædæ cupiditate in Rom. solum irruperant, insigni clade contriuit, interfectis trecentis viginti millibus. nauali quoque pugna eos oppressit ac submersit cum duobus millibus nauium. Scythas Cretam & Cyprum vastantes repulit. Post bellum Gotthicum morbo consumptus eo ingrauescente periit, cùm duobus tantùm annis imperasset, nulla relicta sobole. Illum & Senatus & populus ante Imperium, in Imperio & post sic dilexit, vt satis constet neque Traianum, neque Antoninos, nec quemquā alium principem sic amatum: nam in Capitolio auream statuam & clypeum aureum, expressa vultus eius imagine, post mortem collocauit. Obiit Sirmij anno V. C. 1022.

Tr. p. Cos.

Orbis 4230. V. C. 1020. I. C. 268.

IMP. C. CLAVDIVS AVG.

SPES PVBLICA. *Cum simulacro Spei.*

FIDES. *Statua stans, sinistra hastam.*

FIDES EXERCI.

GENIVS EXERCI. *Deus Genius stans, dextra pateram, sinistra cornucopia tenens.*

SALVS AVG. *Dea Salus, dextra pateram cum serpente, vt videtur, sinistra hastam.*

P. M. TR. P. II. COS. P. P. *Figura stolata stans, dextra ramum, sinistra scipionem.*

Cos. II.

Orbis 4231. V. C. 1021. I. C. 269.

Æ. IMP. CLAVDIVS AVG.

MARTI PACIFERO. *Figura militaris, dextra ramum oleæ pratendens, sinistra hastam.*

LIBERALITAS AVG. *Figura stans, dextra congium aut tesseram frumentariam (in aliis marsupium) sinistra cornucopia tenens.*

SPES AVG. *Spei typus.*

PROVIDENT. AVG. *Figura stolata stans, dextra scipionem, sinistra hastam puram.*

ANNONA AVG. *Figura stolata stans, dextra spicas, sinistra cornucop.*

LAETITIA AVG. *Figura stolata stans, dextra lauream, sinistra cornucop.*

Æ. AVT. K. ΚΛΑVΔΙΟC CEB. *Nili fl. simulacrum, cum crocodilo & hippopotamo. principis Alberti.*

IMP. C.

IMP. C. CLAVDIVS AVG.

ANNONA AVG. *Figura stans, dextra spicas deorsum protendens, sinistra cornucopia.*

VIRTVS AVG. *Figura militaris stans, dextra ramum, sin. hastam.*

SALVS AVG. *Dea Salus cum serpente.*

PROVIDEN. AVG. *Figura stans, sinistra cornucopia tenens, columnæ innixa.*

*Alius eadem figura & inscript. nisi quòd dextra scipionem tenet, quo monstrat globum.*

VICTORIA AVG. *Victoria alata stans, dextra ramum, sinistra palmam gestans.*

AEQVITAS AVG. *Figura stolata stans, dextra bilancem, sinistra cornucopia.*

IOVI VICTORI. *Iuppiter dextra fulmen, sinistra hastam gestans.*

IOVI STATORI. *Iuppiter stans, dextra hastam, sinistra fulmen.*

*Aur.* IMP. CLAVDIVS P. F. AVG.

VICTORIA AVG. *Figura alata, dextra lauream, sinistra palmam.*

PIETAS AVG.

VIRTVS AVG. *Figura militaris gradiens, dextra hastam, sinistra trophæum ferens.*

PAX AVG.

FELICITAS AVG. *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra hastam tenens. reperiuntur typis diuersis.*

FIDES MILITVM. *Figura stolata stans, dextra signum militare, sinistra palmam.*

AEQVITAS AVG. *Figura stolata stans, sinistra cornucopia.*

Orbis 4232. V. C. 1022. I. C. 270.

DIVVS CLAVDIVS.

CONSECRATIO.

DIVO CLAVDIO OPT. IMP.

MEMORIAE AETERNAE. *Leo. in al. aquila.*

DIVO CLAVDIO.

CONSECRATIO. *cum ara, cui superstat aquila.*

APOLLINI CONS. *Apollo stans, dextra ramum, sinistra citharam aut lyram.*

DIVO CLAVDIO GOTH.

CONSECRATIO. *cum ara.*

*Hoc anno Claudius obijt, pridie Non. Februarij.*

# M. AVREL. QVINTILLVS,

FRATER Claudij, vir sanctus, mortuo fratre delatum sibi Imperium omnium iudicio suscepit. Dux Italici præsidij à Senatu Cæsar Augustusque est appellatus. Aureliano Imperatore creato, impar illius conatibus venas sibi soluit, & voluntariè duobus relictis liberis decessit. Vel vt Trebel. Pollio ait, quòd se grauem & serium contra milites ostenderet, eo genere quo Galba, quo Pertinax interemptus est 17. Imperij die tumultu militari, 10. Cal. Martij, V. C. 1022. Vxorem habuit, & duos filios Quintillum & Claudium.

Orbis 4232. V. C. 1022. I. C. 270.

*Arg.* IMP. QVINTILLVS AVG.

CONCORDIA AVG.

CONCORDIA EXER. T. *Dea stans, dextra signum militare gestans, sinistra cornucopia.*

IMP. C. M. AVR. QVINTILLVS AVG.

VBERITAS AVGG. *Figura stolata stans, sinistra cornucop. dextra spicas, aut crumenam.*

PROVIDENT. AVG. *Figura stolata stans, sinistra hastam aut scipionem, dextra spicas.*

SECVRIT. AVG. XI. *Figura stans, dextra hastile.*

IMP. C. M. CL. QVINTILLVS AVG.

PROVIDENT. AVG. *vt superior.*

IMP. C. M. AVR. CL. QVINTILLVS AVG.

PROVIDENT. AVG. *Figura stans, sinistra hastam, dextra scipionem, quo globum tangit.*

MARTI PACIFERO. *Figura militaris, dextra ramum, sin. hastam.*

# L. DOMITIVS AVRELIANVS,

SIRMII Pannoniæ obscura familia ortus, aut Dacia Ripensi aut Mœsia, eius mater sacerdos templi Solis. à prima ætate ingenio viuacissimo, viribus clarus; nullum vnquam diem quin in eo se exerceret intermisit. Adulta ætate, statura procerus, neruis validissimis, vini & cibi paulò cupidior, libidinis raræ; seueritatis immensæ, disciplinæ singularis, gladij exercendi cupidus. Iuuenis erumpentes in Illyrico Sarmatas cum trecentis præsidiariis solus attriuit, 48. interfecit: tandem omnium legionum consensu Imp. factus contra Sueuos & Sarmatas pugnat, & splendidissimam victoriam reportat. Marcomannos, qui Romanis tantum incusserant terrorem vt de vrbe desperarent, superat. His peractis, in Orientem proficiscitur contra Palmirenos & Zenobiam filiorum nomine Imperium Orientale tenentem. In itinere barbaros in Thraciis & Illyrico vicit: Cannabam Gothorum ducē cepit, & cum quinque millibus hominum.

minum interemit. Bithyniam occupat. Thiana recepta, Antiochiam & Daphnen peruenit. pugnat de summa rerum cum Zenobia & Zaba apud Emesam. fugata vtraque & parta victoria, Emesam victor ingreditur, & Solis templũ, cui etiam aliud ædificauit cum donariis ingentibus, vt & Romæ. Inde Palmiram pergit; & in itinere à latronibus Syris multa incommoda patitur, & in obsidione pęnè periclitatus est. Diutius tandem protracta obsidione, & interceptis copiis auxiliaribus, Persarũm & Sarracenorum Zenobia fugit ad Persas, sed intercipitur ab equitibus, & in Aureliani potestatem ducitur. Palmiram inde denuo rebellantẽ secundariò accessit & euertit. Firmum Seleucium Ægyptum sibi vendicantem superauit, fugauit, & occidit. Tetricum in Galliis Imp. creatum sponte se cum exercitu dedentem suscepit. Romam reuersus de Tetrico & Zenobia triumphauit. Ad Gallias deinde profectus, Vindelicos obsidione barbarica liberauit, & contra Persas pugnaturus cùm per Illyricum iter faceret apud Zenophorium inter Heracleam & Byzantium malitia notarij sui quòd princeps esset seuerus, truculentus, sanguinarius, Imperator magis necessarius quàm bonus, interemptus est, anno Imperij sextò. Filiam sororis occidit, non magna neq. satis iusta de causa. alij filium fuisse tradunt. Vxorem habuit Seuerinam & filiam & nepotem Aurelianum. Eo mortuo fuit interregnum mensium 7. dierum 28.

ΑΥΤ. Κ. Λ. Δ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ.
L. Δ. *Aquila rostro lauream tenens.*

Orbis 4232. V. C. 1022. I. C. 270.

*Arg.* IMP. C. AVRELIANVS AVG.
FIDES MILI. *Figura stans inter duo signa militaria.*
CONCORDIA MILITVM. *Duæ figuræ iungentes dexteras.*
ORIENS AVG. Q. XX. *Figura nuda radiata, stans inter duos captiuos.*
RESTITVT. ORBIS C. P. *Figura stolata stans, dextra lauream imponens Imperatori tenenti hastile.*
*Aur.* P. M. TR. P. VII. COS. II. P. P. *Figura militaris gradiens, dextra pilum, sinistra trophæum.*
*Alb. pr.*
*Æ.* IMP. AVRELIANVS AVG.
SEVERINA AVG. *Seuer. coniugis facies pulcherrima.*
FORTVNA REDVX. *Fortuna sedens in curru, dextra temonem, sinistra cornucopiæ.*
ORIENS AVG. *Figura radiata stans inter duos captiuos humi desidentes, tenens sinistra globum.*
*Alius eadem inscriptione.* *Figura Solis orientis, dextra ramum, sinistra arcum.* CXXIR.
VIRTVS AVG. *Duæ statuæ, sinistra tenentes hastas, quarum altera dextra gestat victoriolam.*

CONCORDIA MILIT. *Duæ statuæ iungentes dexteras.*

CONCORDIA AVG. Δ. *Duæ statuæ, altera Imp. tenentis hastam sinistra, & porrigentis dextram coniugi.*

*Alius eadem inscript. Dea Concordia sedens, dextra pateram, sinistra duo cornuacopiæ.*

VICTORIA AVG. T. *Victoria alata gradiens, dextra lauream, sinistra palmam.*

IOVI CONSER. T. *Duæ figuræ sese mutuò aspicientes.*

RESTITVT. ORIENTIS. *Duæ figuræ, altera militaris cum pilo, altera stolata cum laurea.*

*Alius eadem inscript. Duæ figuræ sese aspicientes, quarum sinistra lauream dextræ imponit, tanquam Imperatori.*

*Aur.* VIRTVS AVG. *Figura militaris galeata gradiens, dextra pilum, sinistra spolia super humerum, cum captiuo. Alb. pr.*

*Aur.* CONCORD. LEG. I. *Figura militaris stans inter duo signa militaria.*

*Æ.* IMP. C. L. DOM. AVRELIANVS AVG.

SECVRITAS AVG. *Figura sinistra innixa columnæ.*

*Æ.* . . . . ΔΟΜ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ.

. . . . ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟϹ ΑΡΜΕΝΙΑϹ.

*Anno* V. C. 1027. *Aurelianus occisus.*

## SEVERINA,

AVRELIANI vxor, vt ex numo æreo superioris paginæ constat, qui penes me est rarus & antiquus, mediocris magnitudinis; cuius altera parte Aurelianus, altera Seuerina coniunx est expressa.

*Arg.* SEVERINAE AVG.

CONCORDIAE MILITVM IIIXXII. *Statua muliebris, singulis manibus gestans signa militaria. idem ex ære minutus.*

*Æ.* SEVERINA AVG.

VENVS FELIX. *Dea Venus, dextra pomum, sinistra hastam tenens. minutum æreum.*

CONCORDIA AVGG. PXXIR. *Duæ statuæ iungentes dexteras; fortè Imp. & coniugis.*

CONCORDIAE MILITVM XXIR. *Figura muliebris stans inter duo signa militaria.*

IVNO REGINA. *Figura muliebris stolata stans, dextra pateram, sinistra hastam.*

M.CLAV-

# M. CLAVDIVS TACITVS,

ELIGITVR à Senatu permittentibus militibus Imp. atque Augustus, cùm post occisum Aurelianum per 6. menses interregnum fuisset, tanta militum concordia, tanta populi quies, vt sub iudicio Senatus, militum & populi totus orbis temperaretur. Vitæ fuit parcissimæ; tunicis & togis iisdē in Imperio vsus quibus priuatus. Validior in senectute, adeò vt & minutas litteras ad stuporem legeret. Ob temporis breuitatem nihil præclari gessit. Insidiis enim militaribus sexto Imperij mense est necatus, vel, vt alij tradunt, febre correptus Tarsi interiit.

Orbis 4237. V. C. 1027. I. C. 275.

*Arg.* IMP. C. M. CL. TACITVS AVG.

CLEMENTIA TEMP. *Duæ figuræ stantes, tenentes globum.*

PROVIDENTIA AVG. *Figura stans, dextra bacillum terræ infigens, sinistra cornucopiæ.*

LAETITIA FVND. *Figura stans, dextra corollam.*

*Aur.* TEMPORVM FELICITAS AA. *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra cornucopia.*

*Æ.* SPES PVBLICA XXIE. *Spei simulacrum.*

VICTORIA GOTTHI. *Victoria alata stans, dextra lauream, sinistra palmam.*

PAX AVGVSTI. *Figura stolata stans, dextra ramum, sin. hastam.*

LAETITIA AVG. III. *Figura stolata stans, dextra corollam, sinistra temonem.*

FIDES MILITVM XXIS. *Figura stolata stans, in vtraque manu signum militare.*

*Arg.* IMP. C. M. CL. TACITVS P. AVG. *Corona radiata.*

ROMAE AETERNAE. *Roma subsellio insidens, dextra victoriolam alatam tenentem lauream, sinistra hastam.*

*Aur.* GLORIA REIPVBLICAE TR. *Duæ pulcherrimæ statuæ, altera militaris, altera Imp. vt videtur, tenentes clypeum, in quo* VOT. XXX. MVLT. XXXX.

*Aur.Ferd.* FL. IVL. CONSTANTIVS PERP. AVG.

*Imp.* GLORIA REIPVBLICAE S. M. N. *Duæ figuræ tenentes clypeum, in quo* VOT.
XX.
MVLT. *in alio* CONS.
XXX.

GLORIA REIPVBLICAE SIRM.
VOT. XX. MVLT. XXX. *in alio* S. M. N. B.

*Aur.* *Alius. Duæ statuæ tenentes scutum, cum inscriptione in scuto* VOT. XXX. MVLT. XXXX. S.M.L.V.E.

*Aur.* *Alius,* SIRM. *Alius,* VOT. XXXV. MVLT. XXXX. S.M.S.I.S.

*Aur.* GLORIA REIPVBLICAE VOT. XXX. MVLT. XXXX.
S. N. A. N. N.

D. N. FL. *CL. CONSTANTIVS NOB. CAES. **fortè* IVL.

FEL. TEMP. REPARATIO.
S. M. K. Γ. *Figura militaris supplantans equestrem.*

*Arg.* VICTORIA SARMATICA.

D. N. CONSTANTIVS.
VOT.
XX.
MVLT.
XXX. } *In corona.*

*Æ.Relig.* SALVS DD. NN. AVG. LVCET. A. Ω. ☧

D. N. CONSTANTIVS NOB. CAES.

FELIX TEMP. REPARATIO.
ALEB. *Alius* S. M. H. B. *alius* ANH. *alius* S. M. K. Є.
*Alius* ALEIA.

*Aur.* FL. CL. CONSTANTIVS P. F. AVG. *Ita lego. corona est radiata.* MT. ES. *præterea nihil.*

MAGNEN-

# MAGNENTIVS,

Ex Gallia ortus, comes ordinum Augustę vrbis Germaniæ: Constante interfecto, dolo Imperium arripuit. Mediolani Decentium fratrem Cæsarem fecit: cum Constantio congressus, victus primùm, deinde rursus superatus, Lugdunum aufugit, vbi seipsum transfosso latere interfecit, anno ætatis 40. vt alij 50. v. c. 1104.

Orbis 4311. v. c. 1101. i. c. 349.

Æ. D. N. MAGNENTIVS P. F. AVG.

GLORIA ROMANORVM A. Q. S. *Miles tenens labarum sinistra, in quo ☧ dextra victoriolam cum duobus captiuis.*

*Arg.* VIRTVS ROMANORVM M. D. T.

VICTORIA DD. NN. AVGG. VOT. V. MVLT. X. SP. } *Duæ figuræ alatæ clypeum tenentes.*

*Aur.* VICTORIA AVG. LIB. ROMANOR. TR. *Duæ statuæ tenentes in medio trophæum. meus aureus.*

VICTORIAE DD. NN. AVGG. ET CAE.

VOT. V. MVLT. X. S. V. R. P. L. C. *vt superior.*

Æ. IMP. C. MAGNENTIVS AVG.

VICTORIA AVGG. LIB. ROMANORVM R. R. *Statua militaris, dextra tenens labarum, & sinistro pede captiuum supplantat. Meus æreus.*

*Aur.* VICTORIA AVG. LIB. ROMANOR. TR. *Duæ figuræ, vna alata, altera stolata, porrigentes sibi mutuò dextras, & trophæum in medio.*

IMP. C. MAGNENTIVS AVG.

FELICITAS REIPVBLICAE. *Figura militaris stans, dextra victoriolam, sinistra labarum, in quo ☧.*

# DECENTIVS,

MAGNENTII frater, Cæsar fit Mediolani, & fortissimus appellatur. Missus trans alpes ad tuendas Gallias, audito fratris casu, sibi metuens, laqueo apud Senonas vitam finiit, v. c. 1104.

Orbis 4312. v. c. 1102. i. c. 350.

Æ. D. N. DECENTIVS NOB. C.

VICTORIA DD. NN. AVG. ET CAES. *Duæ victoriæ tenentes scutum, in quo inscriptio,*

VOTIS V. MVLT. X. S. V. L. S. L. C.

Æ. SALVS DD. NN. LVCET A. ω. ☧. *Meus areus.*
*Relig.* SALVS DD. NN. AVGG. ET CAESS. A ☧ ω.

MAG. DECENTIVS NOB. CAES.
VICTORIA AVGG. *Victoria alata, dextra sertum, sinistra palmam, captiuum supplantans.*

DECENTIVS.
VICTORIAE DD. NN. AVGG.
VOT.
V.
MVLT. *Dua victoria tenentes clypeum.*
X.
S. V.

## DESIDERIVS,

FRATER Magnentij & Decentij cui per speciem furoris vulnera intulerat Magnentius. accessit ad Constantium, à quo liberaliter acceptus, paulò pòst cum fratre Magnentio occisus Lugduni.

## FL. CLAVDIVS IVLIANVS,

CONSTANTINOPOLI natus, patre Constantio Constantini M. fratre, matre Basilina nobilissima femina; forma liberali, ingenioque & ad litteras & ad arma capessenda satis accommodato: ab Eusebio Episcopo Nicomediæ in Christiana doctrina institutus, palàm Christum confessus est; deinde Libanio Rhetori traditus, qui prætermissa veritatis cognitione, puerilem animum ad antiquorum incredulitatem flexit; vnde is fidem Christi deseruit, & idolis seruiit. A Constantino patruele adoptatus, Cæsar factus, Galliisque præpositus in campis Argentoratensibus cum paucis militibus infinitas hostium copias deleuit, regemque Chonodomarium cepit, ac postea Alemannorum regem potentissimum Badomarium. Re bene in Gallia gesta, hostibus sæpe profligatis vltraque Rhenum coactis, à militibus Parisiis Imp. & Augustus salutatus est. Eo Imp. tenente pop. Romani hostes intra suos terminos se continuere. Vir erat statura exigua & gracili, maiestate conspicuus, promissa barba inter veteres heroas connumerandus, similis existimatus Tito, vt frater eius Gallus Domitiano, bellorum successibus comparatus Traiano, moderatione M. Aurelio, litterarum studio magnis philosophis, Christianos impio odio insectatus, à quorum tamen sanguine fertur abstinuisse. Is Imperij sui memoriam magnitudine operum gestiens propagare, ambitiosum quondam apud Hierosolymam templum, quod post multa certamina obsidente Vespasiano & Tito ægrè est expugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis, negotiumque maturandum dederat Alypio cuidam Antiochensi. is cùm

hoc tentaret; metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris assultibus irrumpentes fecere locum exustis aliquoties operantibus inaccessum, hocque modo elemento destinatius repellente cessauit inceptum. Constantio mortuo, adeptoque toto Imperio Persis bellum indixit, ac cum ingenti exercitu primùm Constantinopolim, & transmisso Bosphoro à Chalcedone Nicomediam peruenit; inde Antiochiam Syriæ, ibi liberalitatis studio parum prudenter certum rerum venalium instituit pretium: quod Antiocheni procliues ad contumelias impudenter & liberè riserunt, & scommatibus in barbam eius luserunt, quòd prolixior ea esset, tonderi eam ad funiculos plectendos oportere dicentes, atque item in nummis eius, qui effigiem tauri habebant, cauillati sunt, perinde atq. à præcipiti tauro mundum ab ipso imperante euerti iactantes. cùm enim supra omnes alios superstitione admodum teneretur, & quotidie tauros ad simulachrorum aras mactaret, & aram & taurum nummo suo imprimi curauerat. Ad Persas igitur profecturus Antiochia Hierapolim profectus, in Mesopotamiam peruenit, atque hinc traiecto flumine ponteque reuulso, ne militibus redeundi via daretur, ad hostes peruenit: commissa pugna, acceptoq. vulnere letali, manu cruore repleta in aërem sanguinem proiiciens, Vicisti, inquit, tandem Galilæe, vicisti. paulatim sanguine vacuus, epota aqua frigida, circa noctis ferè medium interiit, cùm imperasset solus annum vnum, menses septem: Cæsar annos 7. vixit, annos 42. Cadauer Tarsum perductum, in suburbana villa sepultum est, cum hoc Epitaphio;

*Rex. bonus & seuis bellator fortis in armis*
*Iulianus tacet hic ad Cydni fluminis vndas,*
*Dum ferus Euphrates & Persica tela cruenti*
*Martis opus, cœptósque negant inire triumphos.*

**Aur.** D. N. IVLIANVS NOB. CAESAR.
GLORIA REIPVBLICAE SIS. *Duæ Victoriæ tenentes clypeum, in quo scriptum est* VOT. V.

Orbis 4322. V. C. 1112. I. C. 360.

**Æ. Aur.** D. N. FL. CL. IVLIANVS NOB. CS.
**minutus.** SPES REIPVBLICAE XXI. *Figura militaris stolata stans, dextra globum, sinistra hastam.*

**Æ.** FL. CL. IVLIANVS P. P. AVG.
MONETA AVG. R. *Tres figuræ, dextra bilancem, sin. cornucop.*

**Æ.** D. N. IVLIANVS NOB. CAES.
**minutus.** FEL. TEMP. REPARATIO. *Miles prosternens captiuum.*
REPARATIO REIP. *Figura captiuum supplantans.*

D. N. FL.

*Arg.* D. N. FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.
VIRTVS EXERCIT. SIRM.
VOTIS X. MVLT. XX. F. CONS.

Æ. VOTIS X. MVLT. XX. *in corona &* ANTI.
SECVRIT. REIP. CON. *Taurus cum aquila.*
SECVRITAS REIPVB. HERACLEA. *Alius taurus diuersus à superiore. æreus elegans.*
*Alius eadem inscript.* ANTI. *Bos cum duabus stellis.*
*Alius* SCONST. *Alius* CONSPA.
SECVRITATI ET SP. AVG. *Auentini annales* 208.
T. CONSTANTIA.

Æ TRIONPHVS CAESARIS VOT. XX. *In corona.*

*Relig.* VOT. X. MVLT. XX. CONST. *In corona.*

V. C. 1114. *in prælio occisus est 6. Cal. Iulij.*

## HELENA,

CONSTANTINI M. filia, vxor Iuliani: huic Eusebia Cōstantij Imp. vxor insidiabatur, quòd ipsa sterilis vixerat, quæsitumque venenum per fraudem bibere illexit, vt quotiescumque concepisset, immaturum abiiceret partum. Cùm in Illyricum Iulianus ad bellum ciuile contra Constantium (quem nūquam ad concordiam venturum sciebat) proficisceretur, illa moritur ex partu. Corpus eius Romam perlatum in suburbio viæ Nomentanæ, vbi antea Constantia soror posita erat, est sepultum.

## FLAVIVS IOVIANVS,

PATRE Varroniano natus in Pannonia, vir insignis corpore, lætus ingenio, litterarum studiosus, vultu lætissimus, oculis cæsiis, vasta & ardua proceritate, beneuolus & in suos promptus, Christianæ religionis studiosissimus. Cùm Iulianus in Oriente interiisset, ab exercitu Imp. inuitus est electus. is Imp. factus voluit omnes milites Christi nomen profiteri; quod & fecerunt. Exercitum Romanum reduxit vltra Tigridem, ibíq. fœdus ictum cum Persis ad annos 30. cumque venisset ad op. Dadastana inter Bithyniam & Galatas cruditate stomachi, seu in cubiculo recenti tectorio obducto, prunis etiam ardentibus dormiens, repentè interiit, imperij mense septimo, anno ætatis 33. aut 40.

Orbis 4324. V. C. 1114. I. C. 362.

*Arg.* D. N. IOVIANVS P. F. AVG.

VOT. V. MVLT. X. CONS. *In corona quercea.*

VICTORIA AVGGG. T.R.H.S. *Figura sedens, dextra victoriolam, sinistra hastile.*

*Æ.* VRB. ROM. S.I.H.N.

*Æ.* VOT.
V.
MVLT.
X.
VRB. ROM. T.

## FLAVIVS VALENTINIANVS,

NATVS apud Cibalas Pannoniæ op. post Iouiani mortem Niceæ ab exercitu fit Imp. Gratiani Funarij F. ipse magnanimus, & rei militaris peritus, pius, iustus, robustus, egregio vultu, animo graui, ingenio sollertissimus, sermone cultissimus; sed auaritia notatus, & quandoq. immanis, trux & sanguinarius. Valentem fratrem Augustum & Imperij consortem fecit; Thracia expulit Gothos, Saxones ad officium redegit, Germaniam Theodosij auspiciis pacauit. Gratianum F. suum Augustum appellauit, tandem Quadorum legationem latrocinia excusantem audiens, subita ira accensus, in morbum incidit, quo arescentibus venis, cùm nihil sanguinis emitti posset, voce amissa, sensu integer expirauit, anno Imperij XI. ætatis LV.

Orbis 4325. V. C. 1115. I. C. 363.

*Æ.* VALENTINIANVS P. F. AVG.

GLORIA ROMANORVM.

ANTE. *Figura militaris insistens naui.*

*Eadem inscriptio,* BSIS. *Figura militaris stans, dextra captiuum crinibus trahens, sinistra labarum.*

*Aur.* D. N. VALENTINIANVS P. F. AVG.

*Arg.* VICTORIA AVGG. TR. OB. *Duæ figuræ sedentes in subsellio, in medio Victoria alata.*

*Aur.* RESTITVTOR REIPVBLICAE.

S. M. N. E. *Figura stans, dextra labarum, sinistra victoriolam.*

*Alius* S. M. T. E. S.

SECVRITAS REIPVBLICAE. *Victoria alata, lauream in dextra, sinistra palmam.* SECVNDA.

REPARATIO REIP. *Imp. stans, captiuo ad genua procumbente, & à tergo Victoriola Imp. imponit lauream.*

*Arg.* RESTITVTOR REIP.

CONCORDIA AVGGG.

V. C. 1126. 10. Cal. Dec. obijt.

# FL. VALENS,

VALENTINIANI frater, ab eo collega Imperij & Augustus designatus, bella gessit in Oriente. Procopium vicit & occidit, Christianus primùm, mox coniugis suasu Arrianus. Contra Scythas & Gothos pugnans ferociùs quàm cautiùs in fuga vulneratus, atque in vile tugurium deportatus circa Hadrianopolim igne à Gotthis iniecto, flamma absumptus est, anno ætatis 50. Imperauit cum fratre annis 14. solus III.

Orbis 4325. V. C. 1115. I. C. 363.

*Aur.* D. N. VALENS P. F. AVG.

*Arg.* RESTITVTOR REIPVBLICAE D. C. *Statua dextra tenens hastam cum labaro, sinistra victoriolam.*

VIRTVS EXERCITVS T. R. P. S.

*Aur.* VICTORIA AVGG. TR. OBS. *Duæ figuræ sedentes, & in medio Victoris alata.*

*Eadem inscript. cum* SISC. *eadem figura.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| VOTIS | VOT. | VOT. | VOT. |
| O. V. B. | X. | X. | XXX. |
| MVLTIS | MVLT. | MVLT. | MVLT. |
| X. | XX. | XX. | XXXX. |
| CONS. | ANT. | SISCP. | CIII. |

*Æ.* SECVRITAS REIPVBLICAE. *Victoria alata, lauream dextra, sinistra palmam. infrà* SECVNDA.

*Eadem inscriptio,* S. M. N. B. *Figura alata, sinistra palmam.*

*Alius idem,* S. H. R. T. *Eadem figura.*

*Arg.* VRBS ROMA.

T. R. P. S. *Roma galeata insidens subsellio, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

*Aur.* RESTITVTOR REIPVBLICAE CONS. *Figura stolata stans, dextra labarum, sinistra victoriolam.*

*Aur.* D. N. VALENS PERP. AVG.

RESTITVTOR REIPVBLICAE A. N. T. H. *Figura militaris stans, dextra labarum, sinistra victoriolam.*

*Anno* V. C. 1129. *in prælio occisus* V. *Id. Augusti.*

# FL. GRATIANVS,

VALENTIANI ex Seuera F. Sirmij natus, litteris bene institutus, princeps religiosus & pius, patruo Valente defuncto Asiæ Libyæq regna suscepit. Treueris Valentinianum iuniorem fratrem Cæsarem & participem Imperij declarat. admodum iuuenis Alemannorum triginta milia in Gallias irrumpentium circa Argentoratum fudit. Theodosium contra Gotthos in Thraciam misit, & re feliciter gesta, Imperij consortem fecit, tradito Oriente cum imperio Thraciæ. Dum otiosus agit, exercitum suum negligens & Alanos fouens, Maximi insidiis (qui ab exercitu Imp. factus) circumuêtus periit, cùm imperasset annos 15. cum patre 8. cum patruo 3. cum Theodosio 4. anno ætatis 29. aut, vt alij, 38.

Vide Nicephorum fol. 613.

Orbis 4328. V. C. 1118. I. C. 366.

*Aur.* D. N. GRATIANVS P. F. AVG.

CONCORDIA AVGGG. SNAB. *Alius* CONOB. *Figura insidens subsellio, dextra hastam, sinistra globum.*

*Arg. Aur.* VICTORIA AVGG. TR. OBS.

*Alius eadem inscriptione, cum litteris* M D O B.

VIRTVS ROMANORVM AQPS.

REPARATIO REIP. S C O N. *Plures diuersis litteris.*

GLORIA ROMANORVM S M K A.

*Aur.* VICTORIA AVGG. T R O D T. *Duæ figuræ sedentes in subsellio, Victoria in medio. meus.*

*Arg. meus.* VRBS ROMA A Q. P S. *Roma insidens trophæo, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

*Æ.* SECVRITAS REIPVBLICAE. *Victoria alata stans, dextra lauream, sinistra palmam.*

*Æ.* D. N. GRATIANVS AVGG. AVG.

GLORIA NOVI SAECVLI.

T C O N. *Figura militaris stans.*

V. C. 1134. *Gratianus occisus.*

# FL. VALENTINIANVS IVNIOR,

VALENTINIANI Imp. ex Iustina F. frater Gratiani, à quo post patris obitum consors Imperij factus, & in Italiam missus. cùm frater dolo Maximi occubuisset, in Illyricum confugit: inde in Orientem ad Theodosium. Ab Italia in Gallias profectus dum Viennæ negligentius moraretur, fraude Arbogasti Alanorum præfecti nocte in cubiculo strangulatus obiit. Vixit annos 26. imperauit annos 16. Obiit anno V. C. 1143.

Orbis

Orbis 4336. V. C. 1126. I. C. 374.

*Aur.* D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.

VICTORIA AVGG. A Q O B F.

CONCORDIA AVGGG. CONOB.

RESTITVTOR REIP. TR. OBS.

*Æ.* REPARATIO REIPVB.

T. CON. *Figura dextram procumbenti porrigens.*

S M A Q. *Eadem inscriptio & typus.*

A S I S C. *Eadem inscriptio & typus.*

CONOB *quid sibi velit, multi hactenus assequi non potuere. Cedrenus interpretatur* CIVITATES OMNES NOSTRAE OBEDIANT BENERATIONI. *ita enim scribit: τὰ ἐν τοῖς νικαρίοις τοῦ νομίσματος ὑποκείμενα ῥωμαϊκὰ γράμματα κονοβ δηλοῦσι ταῦτα. κ κίβιτατοις, ο ὄμνοις, ν νοστρω, ο ὀβεδιαμ, β βενερατιονε. τούτεστιν, αἱ πόλεις πᾶσαι τῇ ἡμετέρᾳ πειθαρχείτωσαν προσκυνήσει. id quod à paucis hactenus obseruatum, hoc loco explicare volui.* Cedrenus fol. 264.

## FL. MAGNVS MAXIMVS,

Ex prosapia Constantini M. oriundus. vir in militari expeditione aduersus Francos, Germanos, Gotthos, aliósque barbaros habita fortis & strenuus. Cùm Gratianum Imp. per Andragatium interfici curasset, & Imperij titulos maiestatemque sibi vsurparet, victus à Theodosio, & captus cùm ad tertium ab Aquileia lapidem eidem sisteretur, regiis ornamentis exutus capitis supplicio affectus est, anno I. C. 388.

Orbis 4348. V. C. 1138. I. C. 386.

*Aur.* D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG.

RESTITVTOR REIP. SMTR.

*Arg.* VIRTVS ROMANORVM TRPS. *Roma sedens cum casside in capite, & sphæra in dextra.*

*Æ.* REPARATIO REIP. *Figura militaris stans, cum captiuo ad genua procumbente, cui porrigit manus: sinistra tenet victoriolam, quæ capiti Imp. lauream imponit.*

*Alius ead. inscript.* P. CON. *Figura dextrã porrigens procumbenti in genua.*

*Alius eadem inscript. & typo,* S. CON.

## FL. VICTOR,

MAXIMI tyranni F. adhuc puer Cæsar à patre factus, & Galliis præpositus, cum patre à Theodosio trucidatus. reperio in nummo raro arg. eum Aug. quoque appellatum.

*Arg.* D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.

VIRTVS ROMANORVM AVPS. *Figura insidens subsellio, dextra victoriolam super globo.*

# FL. THEODOSIVS,

GENERE Hiſpanus, patre Honorio, matre Thermãtia, originem à Traiano trahens; cui moribus, vultu, & ſucceſſu rerum ſimilis fuit. huic enim eminens ſtatura, cæſaries magna, ingentes oculi, ſumma clementia, incredibilis pietas, rei militaris diſciplina, ſagax, inter optimates annumerandus principes, Remp. Gotthicis armis pænè oppreſſam, ex Hiſpania à Gratiano accitus reſtituit, Imp. apud Sirmium effectus, Maximum tyrannum ad Aquilegiam extinxit, Victorem infantem Maximi F. Auguſtum factum necauit; Valentiniano Imperium aſſeruit, Eugenium tyrannum & Arbogaſtem, in Valentiniani vltionem ſuſtulit. Subactis vndique tyrannis, ampliſſimo potitus triumpho, Reipub. adminiſtrationi animum adiecit, filioſq. Imperij conſortes faciens, Arcadium Orienti, Honorium Occidẽti præfecit. ipſe Mediolani conſenuit, vbi in morbum incidens, moriturus dixit, ſe quidem libenter diſcedere ex hac vita, defeſſum & defatigatum mole Imperij; ſed magis ſe iam eſſe ſollicitum de Eccleſiæ ſtatu, poſt ipſum, quàm de ſua vita, ſcire ſe eccleſiam habituram nouos prædones; ſicut factum eſt. Valens enim eccleſia expulit rectè docentes. Valentinianus defendit quidem, ſed Imperij magna quaſſatio facta eſt. Tandem vita defunctus eſt, vir Chriſtianæ pietatis ſummus obſeruator, anno ætatis 60. Imperij 17. Corpus eius Conſtantinopolim tranſlatum, ibiq́ue ſepultum.

Orbis 4340. V. C. 1130. I. C. 378.

*Aur.* D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

*Aur.* VICTORIA AVGGG. M. D. CONOB. *Figura militaris ſtans, captiuum ſupplantans, dextra labarum, ſiniſtra victoriolam.*

*Aur.* CONCORDIA AVGGG. N. CONOB. *Victoria galeata ſedens, dextra haſtam, ſiniſtra clypeum, cum inſcr.* VOT. V. MVL. X.

*Aur.* *Alius eod. typo; at inſcript.* VO. X. MVL. XII.

CONCORDIA AVGG. G. B. CONOB. *Statua galeata ſedens, dextra pomum cum cruce, ſiniſtra rhabdum.*

VICTORIA AVGG. TR. OBC. *in alto* T. H. C. O. B.

*In alto* TES. OBS. *Duæ figuræ tenentes globum, in medio Victoria. alius idem infrà* COM.

VICTORIA AVGGG. A. COMOR. SM. *Imperator ſtans, dextra tenens labarum, ſiniſtra victoriolam; pede captiuum proterens.*

VOTIS XXX. MVLTIS XXXX. Π CONOB. *Statua muliebris ſedens, dextra globum, ſiniſtra rhabdum iuxta ſcutum, & ponè canicula. Omnes aurei.*

*Arg.* VIRTVS ROMANORVM M. D. P. S. *Figura inſidens ſubſellio, dextra globum, ſiniſtra haſtam tenens.*

SALVS REIPVBLICAE CONOB. *Duæ figuræ ſibi inuicem aſſidentes, in medio ſtella.*

GLORIA

GLORIA ROMANORVM. *Figura militaris stans, dextra labarum, sinistra globum. diuersis notis, vt* SMHD. *Alius* CONSA. *Al.* SMNA. *Al.* SNNB. *Al.* ANTA. *Alius* INBB.

REPARATIO REIPVB.

ANTΓ.

SHAQ.

ASIS.

SMNL.

*Aur.* GLORIA ORVIS TERRAR. TES. OB. *Figura stans, dextra labarum, sinistra crucis signum. Alb. pr.*

*Aur.* IMP. XXXXII. COS. XVII. P.P. CONOB. *Figura insidens subsellio, dextra globum cum cruce tenens.*

VOT. XX. MVLTIS XXX. CONOB. *Victoria alata crucem tenens. Alb. pr.*

## AELIA FLACCILLA,

THEODOSII prima vxor, religiosissima femina, quæ multa pietatis exempla egenis exhibuit: maritum admonuit ne benefactori ingratus foret. Huius matronæ castitas, pietas, & beneficentia erga pauperes, valde prędicatur; & in primis hæc memoranda sententia; Imperio conuenit vt aurum id largiatur, ego verò manuum mearum opus pro Imperio ipso. ei qui id semel contulit, offero. Vide Nicephorum fol. 647. Filij Arcadius & Honorius.

*Æ.* AEL. FLACCILLA AVG.

SALVS REIPVBLICAE.

SMHA. *Figura muliebris stolata gradiens.*

CONЄ. *Victoria alata insidens subsellio, inscribens aliquid clypeo super trunco arboris posito.*

## GALLA,

VALENTIANI maioris ex Iustina filia, minoris soror: hanc defuncta priore Flaccilla sibi matrimonio copulauit Theodosius: eius filia Galla Placidia, & Serena vxor Stiliconis; de qua isti versus extant:

*Cæsar ob insignes Theodosius ergo triumphos*
*Deligit hunc generum sibi, connubióque Serena*
*Ornat, & Aeneadis præfert socer omnibus vnum.*

*Aur.* D. N. GALLA PLACIDIA P. F. AVG.

VOT. XX. MVLT. XXX. R. M. CONOB. *Victoria alata stans, dextra crucis signum tenens.*

## EVGENIVS.

D. N. EVGENIVS P. F. AVG.

VIRTVS ROMANORVM. *Figura muliebris sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

## FL. ARCADIVS,

Ionè Atalaricus is fuit, vt in nummis extat.

THEODOSII F. consors Imperij patris Orienti præficitur tutore Rufino, qui spe potiundi Imperij missis muneribus Alaricum regem Gotthorum contra Arcadium sollicitat, sed comperta proditione medio conatu ab Italicis militibus interficitur, vt & Caianus comes & imitator Rufini qui contra Arcadium bellum ciuile mouerat, Constantinopolimque ferro & flamma vastauerat. Arcadius cùm Byzantij ferè 13. annis regnasset, obiit ætatis anno 31. relicto filio Theodosio & 4. filiabus, Placilla, Pulcheria vxore Marciani Imp. Arcadia & Marina.

Orbis 4346. V. C. 1135. I. C. 383.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Arg.* | D. N. ARCADIVS P. F. AVG. | | TEST. |
| | GLORIA ROMANORVM T N T. | *in al.* | CONSA. |
| *Aur.* | CONCORDIA AVGG. CONOB. | | SMNB. |
| | *Figura insidens subsellio, dextra hastam, sinistra globum.* | | SNHT. |
| *Aur.* | VICTORIA AVGGG. { COMOB. / S M. / D M. } | | |

*Aur.* CONCORDIA AVGGGG. I. CONOB. *Figura galeata insidens subsellio, dextra rhabdum, sinistra globum.*

CONCORDIA AVGG. CONOB. *Eadem figura, nisi quòd globo insistit victoriola alata cum serto.*

ATTALARICVS REX GOTTHORVM.
*Vide infrà in Iustiniano.*

*Fl. Arcadius obijt Cal. Maij, V. C. 1159.*

## FL. HONORIVS,

THEODOSII F. Imperij consors, Occidenti præficitur, tutore Stilicone. Is Romæ agens, Gildonem Africæ regnum adeptum. & ætatem Imperatoris spernentem, seipsumque Imp. constituentem, fratris Mascozelis ductu superauit, & interfecit; eundemque Mascozelem rebellantem, auxilio Bonifacij vicit. Stilico Vandalus, Honorij socer, filio suo regnũ parare cupiẽs, Sueuos, Vandalos, & Alemannos spe prædæ sollicitauit, & in Honorium mouit, qui repulsi sunt rege Rhadagaso capto & strangulato, cui Attalaricus Rex suffectus, & Imperio potitus, concessa suis Gallia ab Honorio ad habitandum, à Stilicone fraude petitus, Romam ac totam Italiam diripuit. Placidiam abduxit, & Ataulpho propinquo suo in vxorem dedit. Honorius consortem Imperij accepit Constantium, ingentis animi virum, & in rebus gerendis clarissimum, cui sororem Placidiam remissam desponsauit. is tyrannos, Gratianum in Britannia, Constantinum cum filio Constante in Galliis sustulit: barbarorũ impetus, qui Gallias, Hispanias, & Britanniam infestabant, domuit: sed

V. C. 1161. Fl. Constãtius magister militiæ, qui postea nobiliss. Cæs. appellatus.

sed immatura morte sublatus, Cæsar 7. mensibus dumtaxat. Honorius haud ita multo pòst, cùm regnasset annos 31. cum patre duos, cum fratre tredecim, cum fratris filio sedecim, aqua inter cutem laborans, decessit, nulla superstite prole; anno v. c. 1174. I. c. 421. Vixit annis 38. Decimo Imperij sui anno Romæ ludos sæculares fecit, remotis dæmonum sacrificiis, solis tantùm Circensibus, & theatralibus ludis, qui ad ea vsque tempora perdurauerant, concessis, sexto suo Consulatu, ducentesimo anno postquam à Seuero editi fuerant, ludorum Philippi ratione neglecta, anno v. c. 1155. Panuinius in ludis sæcularibus 15.

Orbis 4354. V. C. 1144. I. C. 392.

*Aur.* D. N. HONORIVS P. F. AVG.

*mem.* VICTORIA AVGGG. COMOB. *Statua militaris, sinistra Victoriam, dextra labarum, captiuum supplantans.*

VIRTVS ROMANORVM MDPS.

VICTORIA AVGG. { R V / R M / N D / M D } COMOB.

VICTORIA AVGVSTORVM COM. *Victoria alata gradiens, dextra sertum, sinistra globum cum cruce. Minutus æreus, & sestertius, aureus meus.*

*Æ.* GLORIA ROMANORVM. *Figura militaris stans, dextra labarum, sinistra globum tenens, & literas* ANTA. *Alius* CONSI. *Alius* SANI.

*Aur.* CONCORDIA AVGG. II. CONOB. *Figura sedens, dextra rhabdum, sinistra victoriolam.*

GLORIA ROMANORVM OB. *Currus triumph. à seiugibus tractus. magnus aureus pondere* 10. *drach. apud principem Albertũ.*

## FL. THEODOSIVS IVNIOR,

ARCADII & Eudoxiæ F. admodum puer à patre viuente in Imperium accitus; & eo moriente, sub tutela Isdigertis Persarum regis relictus, qui eam summa fide gessit, & pacem cum Rom. habuit quoad vixit. Puer optimis moribus, & disciplina à Pulcheria sorore institutus, vixdum octo annos natus, Anthemio duce Imperium administrauit. Audita patrui Honorij morte Valentinianum consobrinum suum ex Constantino & Placidia natum, Cæsarem fecit, & cum matre, data Eudoxia filia in vxorem, Romam misit. Persis fracto fœdere bellum indixit, Parthorum ducem superauit. pace constituta cùm Imp. orientale omnium fauore regeret, febre solutus est, anno ætatis

& Imperij 48. Princeps Christianus vitæ integerrimæ, lectionibus diuinis intentus, philosophiæ non ignarus, patientia & clementia cunctos homines superauit. Obiit Constantinopoli v. Cal. Aug. v. c. 1201.

Orbis 4363. V. C. 1153. I. C. 401.

Orbis 4400. V. C. 1190. I. C. 438.

Imp. XXXXII. *Aur.* D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. CONOB.

VICTORIA AVGG. TES. OBS. *Duæ figuræ tenentes globum, in medio Victoria.*

*Aur.* AEL. EVDOXIA AVG.

IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. CONOB. *Figura militaris sedens, dextra globum cum crucis signo.*

AIL. EVDOCIA AVG.

CONOB. *Corona laurea, in medio crux & stella.*

## PRISCVS ATTALVS.

PRISCVS ATTALVS P. F. AVG.

INVICTA ROMA AETERNA CONOB. *Figura sedens, dextra globum tenens cum victoriola, sinistra hastam.*

## PETRONIVS MAXIMVS.

Hic an Maximus ille sit qui Tarracone in Hispania contra Constantinum Imperator creatus sub Theodosio Iuniore, videndum. Fuit & Sex. Anicius Sex. F. Petronius Probus Cos. sub Valentiniano & Gratiano Augg. sed num purpuram sumserit, ex historiis non constat: nec mentio fit, quod sciam, Petronij Aug.

*Aur.* D. N. PETRONIVS P. F. AVG.

VICTORIA AVGGG. CONOB. R. M. *Imper. draconem, vt videtur, calcans, in dextra crucis signum, in sinistra globus & Victoriola.*

## IOVINVS.

Hic paulo pòst quàm in Galliis Imp. appellatus esset, occisus est Honorio IX & Theodosio Iun. V. Augg. Coss. Anno v. c. 1163. Panuin. Rom. princ. lib. 1. fol. 9.

Orbis 4372. V. C. 1162. I. C. 410.

*Arg.* D. N. IOVINVS P. F. AVG.

VICTORIAE AVGGG. S I I L D. *Statua sedens, dextra victoriolam gestans, sinistra hastam puram.*

# FL. PLACIDIVS VALENTINIANVS,

FILIVS Constantij Cæsaris & Placidiæ sororis Arcadij à Theodosio, mortuo Honorio, Cæsar & Augustus appellatus: Romam missus Ioannem Imp. oppressit. Cum Genserico Vandalorum rege pacem sanxit, parte Africæ contento. Aduersus Attilam Hunnorum regem Imperio inhiantem copias duxit, & in campis Catalaunicis acerrimè pugnauit, cæsis 150000. alij supra ducentis millibus, victoria penes Romanos existente, ductu Etij, qui Maximi viri potentissimi figmentis (perduellionis enim crimine apud Imp. per calũniam delatus erat) vel iussu Valentiniani, qui illius successus metuebat, occisus est, ob suspicionem affectatæ tyrannidis. Sed Imp. postea Romæ ab eius commilitonibus, Thrasila duce & percussore, in campo Martio cõfossus periit; anno Imperij 30. Fuit vltimus Occidentis Imp. vsque ad Carolum M. vacauit Imp. occidentale annis 317.

Orbis 4414. V. C 1204. I. C. 452.

*Aur.* D. N. VALENTINIANVS P. F. AVG.

RESTITVTOR REIPVBLICAE . SMLVG.

RESTITVTORI REIPVBLICAE ANTI. *Figura stolata stans, sinistra victoriolam alatam, dextra labarum, &* ☧.

VOT. X. MVLT. XX. *in corona, & infrà* CONS. *puto fuisse ex auro 4. aut 6. drachmarum; magnus enim est, cuius typũ fusum habeo.*

SECVRITAS REIPVBLICAE SECVNDA. *Victoriola alata gradiens, dextra lauream, sinistra palmam.*

*Aur.* D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.

VICTORIA AVGGG. CONOB. R. M. *Figura militaris stans, dextra crucem, sinistra globum cum victoria alata tenente sertum.*

*Occisus Romæ* V. C. 1206. *Christi* 454.

# FL. MARCIANVS,

HVMILI genere natus, sed militia clarus, singulari prudentia, & vitæ integritate omnibus notus. Pulcheriæ Theodosij Imp. sororis studio, senex admodum, fit Imperator; cuius capiti diadema imposuit. Moderatus princeps, & rebus agẽdis idoneus, si persenectam diutiùs viuere licuisset. Imminutum Orientis Imperium per 60. annos dilapsum, prudentia, & consilio reparauit: cum Parthis & Vandalis fœdus percussit. Attilæ minas compescuit, arma nũquam nisi prouocatus mouit; pacem, quoad fieri potuit, coluit; illud vsurpans, Dum in pace esse possumus, arma nõ induamus. anno Imperij VI. mense VI. naturæ concessit, conspiratione Asparis, qui ei venenum dedisse perhibetur. Huius gener fuit Anthemius Imp.

Orbis 4411. V. C. 1201. I. C. 449.

*Aur.* D. N. MARCIANVS P. F. AVG.

VICTORIA AVGGG. S. CONOB. *Victoria alata, dextra crucem gestans;*

## FL. ANICIVS MAXIMVS,

MAXIMI qui Gratiano cæso tyrannidem arripuit, & à Magno Theodosio postea necatus est, ex filia nepos; cùm insidias Valentiniano strueret, propterea quòd is vxorem eius stuprasset, Etium apud eundem detulit; quo cæso regiam ingressus, Imperatorem interemit, & cōiugem eius Eudoxiam rapuit, eidemque per stuprum vim intulit. δι' ὧν γὰρ τις ἁμαρτάνει δι' αὐτῶν καὶ παιδεύεται. Hæc Censorium Vandalum Libya euocat: quo veniente, Maximus ne quidem anno tyrannide potitus, interemptus est. Niceph. lib. 15. cap. 11.

Orbis 4416. V. C. 1206. I. C. 454.

*Eo anno prid. Idus Iunias Roma à Vandalis iterum capta.*

## FL. MAECILIVS AVITVS,

PATRICIVS Romanus à S. P. Q. R. Imp. creatus, cum quo Marcianus fœdus priusquam moreretur & societatem iunxit, vt in tantis barbarorum motibus vtrumque Imperium sibi inuicem esset auxilio, mutuoque staret fauore: sed nec diu imperauit; nam apud Placentiam captus à Ricimere, & coactus purpuram exuere, paulò pòst obiit.

Orbis 4416. V. C. 1206. I. C. 454.

## FL. LEO,

GRÆCANICI sanguinis, factione Asparis Imp. factus, & Augustus creatus: cuius filium cùm inuitus Cæsarem creasset, postea cum Ardaburio, vt insidiarum in se authores interfecit, Leonémque nepotem ex filia Ariadna, & Zenone, successorem sibi esse voluit Huius imperij anno secundo terræ motus grauissimus Antiochiæ, & incendium fœdissimum quatriduanum Byzantij, quo tota ciuitas magna ex parte conflagrauit, & Italia fuit in motu perpetuo. Cùm orientale Imp. 16. aut 17. annis rexisset, obiit V. C. 1226.

Vide Nicephor. fol. 805.

Orbis 4418. V. C. 1208. I. C. 456.

*Aur.* D. N. LEO PERPET. AVG.

VICTORIA AVGGG. COMOB. *Imp. cum cruce in dextra, Victoria sinistra.*

*Eadem inscriptio.* CONOB. *Victoria alata stans, dextra crucem gestans.*

FL. IVL.

## FL. IVL. VALER. MAIORIANVS,

Apvd Rauennam occidentale Imp. arripuit, sed contra Alanos, qui Gallias infestabant, mouens exercitum, Dertone iuxta fl. Hiram occisus est à Ricimere, cùm annos ferè 4. regnasset. V.C.1212.

Orbis 4418. v. c. 1208. i. c. 456.

*Aur.* D. N. IVLIVS MAIORIANVS P. F. AVG. *Capite galeato, hastam tenens & peltam, in qua* ☧.

VICTORIA AVGGG. COMOB. A. K. *Figura militaris stans, dextra labarum cum cruce, sinistra globum, cui insistit victoriola.*

*Alius idem insistens serpenti.*

*Aur.* CONOB. *In corona quadam, in medio* ☧ *Alb. princ. minutus aureus.*

## FL. LIBIVS SEVERVS,

Ad Rauennam Imp. factus & Augustus salutatus, Imp. arripuit: qui superato Biorgo Rege Alanorum, lauream meruit. tertio anno occubuit. alij 4. Imp. anno, Romæ veneno obiisse tradunt.

Orbis 4422. v. c. 1212. i. c. 460.

*Aur.* D. N. LIBIVS SEVERVS P. F. AVG.

*mem.* SALVS REIPVBLICAE CONOB. ☧. *Corona laurea.*

VICTORIA AVGG. *Panuin.* 421.

*Historici hunc Vibium Seuerum appellant, sed in meo nummo est expressis notis* LIBIVS, *non* VIBIVS.

v. c. 1216. 18. *Cal. Sept. mortuus est.*

## FL. ANTHEMIVS,

Gener Marciani Imp. opibus & genere magnus, à Marciano ad occidentale Imp. suscipiēdum missus, cùm quatuor annis regnasset, à genero suo Ricimere ad pontem Ælium victus & gladio transfossus est, v. c. 1224. Christi 472.

Orbis 4428. v. c. 1218. i. c. 466.

*Aur.* D. N. ANTHEMIVS P. F. AVG.

SALVS REIPVBLICAE CONOB. *Duæ figuræ militares stantes, tenentes globum.*

## FL. ANICIVS OLYBRIVS,

Gener Valentiniani Ricimero in Imperio successit, tertio mense Imperij Romæ decessit, anno

Orbis 4433. v. c. 1223. i. c. 471.

FL. LEO

## FL. LEO IVNIOR,

Ab auo puer relictus, vix anno Imperio præfuit; quod tamen licet iuuenis accuratè administrauit, morũ, non belli studiosus. Cùm esset valetudinarius, Zenoni patri nouo exemplo pietatis manibus suis diadema imposuit; patremque pro se deinceps regnare iussit.

Orbis 4434. v. c. 1224. I. c. 472.

v. c. 1227. *Leo Iunior mortuus est.*

## FL. GLICERIVS,

Senator Romanus inuitus ab exercitu Imp. salutatur, vix anno emẽso à Iulio Nepote regno expulsus, & Præsul apud Salonas Dalmatiarum vrbem ordinatus est.

Orbis 4434. v. c. 1224. I. c. 472.

## FL. IVL. NEPOS,

Glicerio regno priuato successit Imp. sed Augustulo Imp. electo in Dalmatiam fugit; priuatus regno Salonis cæsus est.

Orbis 4436. v. c. 1226. I. c. 474.

*Aur.* D. N. IVL. NEPOS P. F. AVG. A

CONOB. *Auersa parte corona laurea, in qua crux. minutus aureus.*

## FL. BASILISCVS,

Rex declaratus à Berina sorore, Zenone Chalcedone degente. Hic vxorem suam Zenonidam Augustam corona decorauit, & Marcum F. Cæsarem fecit, sed populo inuisus à Zenone captus in Cappadociam relegatus; cum filio fame & frigore consumptus est Lemnis vel Acusi. Niceph.

Orbis 4437. v. c. 1227. I. c. 475.

*Aur.* D. N. BASILISCVS P. F. AVG.

VICTORIA AVGGG. CONOB. *Victoria alata stans, dextra crucem. pulcherrimus nummus aureus apud Illustriß. Albertum.*

v. c. 1229. *Imp. Cæs. Fl. Basiliscus Aug. coactus ab Imp. Zenone Isaurico Augusto, Imperium abdicauit.*

## FL. MOMYLLIVS AVGVSTVLVS,

Pver admodum Rauennatium studio & militari fama fretus à patre Oreste fit Imp. sed Orestes ab Odoacro Gothorum rege superatus ac Placentiæ interfectus est. Filius metu purpuram abiiciens cùm vix vndecim mensibus Remp. tenuisset, exilio damnatus est, anno v. c. 1228.

FL. ZE-

# FL. ZENO ISAVRICVS;

Ex Isauria Ciliciæ, genere obscurissimo, à Leone F. coronatus & Imp. factus. Homo facie turpissima, ingenio longè deteriore; qui non vt Augustus, sed vt tyrannus imperauit, iuuante ad id Conone fratre. Vir incompositus, dissolutus, intemperans & corruptus. Theodoricum Ostrogotthorum regem Cos. factum contra Odoacrem in Italiam misit. Pulsus à Basilisco in Isauriam cum vxore secessit, priuatam instituens vitam. Reuocatus magno ciuium fauore propter Basilisci tyrannidem regnum repetiit. Basiliscum cum filio in Cappadociam relegauit: illum & Leontium qui Orientem inuaserant, captos interfecit: & cùm 17 annis Imperio præfuisset, miserabili morte obiit fraude vxoris. Sub eo grauissimum Byzantij incendium extitit, in quo 120000. librorum conflagrarunt. Nicephorus lib. 16.

Orbis 4436. V. C. 1226. I. C. 474.

*Aur.* D. N. ZENO PERP. AVG.
VICTORIA AVGG. CONOB.
VICTORIA AVGGG. COMOB. R. V. *alius* A. D.
*Victoria stans, dextra crucem.*

*Aur.* D. N. ZENO PERP. AVG. *Crucis signum in corona, & infrà* CONOB. *ex auro meus minutissimus. idem ex arg.*

*Æ.* D. N. ZENO SEMPER AVG. *Victoria alata, dextra sertum. inscriptio legi non potest.*

V. C. 1242. *Zeno Isauricus obijt.*

# FL. ANASTASIVS DICORVS,

MAGNO consensu & Ariadnei studio Imp. factus, donatiuum militibus dedit. nuptiarum die tributum chrysargyrum omnibus remisit. Isauros superauit; cum Parthis decertauit; contra Vitalianum ad Aquilonem bellum gessit: cum Agarenis pacem fecit; eos qui Imperium sibi vsurparunt, supplicio affecit; Christianæ religionis primùm studiosus, inde incidit in hæresim Eutychianam, orthodoxis multam inferens iniuriam, sed diuinam meruit vltionem: nam fulmine ictus periit, anno ætatis 88. Imperij 29.

Orbis 4452. V. C. 1242. I. C. 490.

*Aur.* D. N. ANASTASIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. O. RA. COMOS.
VICTORIA AVGGG. *Victoria alata, dextra crucem gestans, & infrà* COMOB. *meus aureus.*

D. N. ANASTASIVS P. P. AVG.
VICTORIA AVGGG. Γ. CONOB. *Figura seu Victoria alata stans, dextra crucem gestans.*

*Aur.* D. N. ANASTASIVS PERP. AVG.
VICTORIA AVGGG. CONOB. *Figura stans, dextra crucem, vt superior.*

*Orbis* 4479. V. C. 1269. I. C. 517. *obijt* V. *Idus Iulij.*

## FL. ANICIVS IVSTINVS,

THRAX à Senatu electus Imp. vt labantem Remp. restitueret: insidiatores tres sustulit. Vir veræ pietatis studiosus, Chalcedonense concilium instituit: ex Oriente Arrianos expulit; Orthodoxos Episcopos ab Anastasio eiectos recepit. Cùm nouem annis magna virtute Imperium administrasset, Iustinianum ex sorore nepotem adoptauit; & Imperij successore constituto, haud ita multo pòst obiit.

Orbis 4479. V. C. 1269. I. C. 517.

*Aur.* D. N. IVSTINVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. CC. CONOB. *Victoria alata.*

*Æ.* D. N. IVSTINVS P. F. AVG.
† †
✱M✱ *Alius* ✱M†
A

A †
N M X
N B
O
NIKO

*Arg.* D. N. IVSTINVS AVG.
†
R-I-D.

V. C. 1278. *Iustinus mortuus est.*

## FL. ANICIVS IVSTINIANVS,

IVSTINI sororis F. à Iustino Imp. accepit anno ętatis 44. adiecitque animum vt illud repararet. Orientem pacauit: Persas opera Belisarij fudit fugauitque: trans Euphratem abire coegit; veteres firmauit limites. Romam à Gotthorum seruitute asseruit, Africam pulsis Vandalis Imperio restituit, regem eorum Gilimerem cepit, & vinctũ catenis Constantinopolim misit: de

Persis

Persis & Vandalis triumphauit. Narsete duce Totilam Gotthorũ regem vltra decem annos in Italia regnantem qui & Romam spoliauerat, incenderat, & cultoribus vacuam reliquerat, interfecit; & Gotthorum nomen in Italia deleuit. Italia, Africa & Perside subacta, domi forisque gloriosus leges reformauit; templum Sophiæ cõdidit. Vir iustus & integer, & maximus princeps, nisi Eutychianus fuisset; sed auaritia quoque notatus. Morbo ex senio affectus, insanus mente decessit, Iustino prius Imperij consorte electo, Imperij anno 39. ætatis 83.

Orbis 4488. V. C. 1278. I. C. 526.

*Aur.* D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG.

VICTORIA AVGGG. H. CONOB. *Victoria alata, dextra tenens scipionem, sinistra globum cum cruce. meus aureus minutus.*

*Alius minor aureus, eadem inscript. nisi quòd Victoria dextra tenet coronam, sinistra globum.*

VICTORIA AVGVSTORVM CONOB. *idem vt superior. aureus meus minutissimus.*

VICTORIA AVGGG. COMOB. *Figura alata, dextra crucem.*

Orbis 4489. V. C. 1279. I. C. 527.

*Æ.* D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG.

A †
N
N Kxii.
O A

*Æ.* M
B
PART.

*Arg.* D. N. IVSTINIANVS AVG.

D. N. ATHALARICVS REX.

D. N. THEODAHATVS REX.

*Aur.* D. N. IVSTINIANVS ET TIBERIVS P. P. A. *Dua facies.*

D. N. ihs CHRIST. REX REGNANTIVM. *Imago Christi cum cruce.*

*Aur.* D. N. IVSTINIANVS ET EKYCHRISTIVS CONOB. *Figura stans tenens crucem.*

IHS CHRIST. REX REGNANTIVM. *Differt à superiore.*

## THEODAHATVS

ATALARICO successit, & tumultu militari occisus est.

D. N. THEODAHATVS.
VICTORIA PVBLICA REST. *Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam; ad pedes lituus.*

## FL. IVSTINVS IVNIOR,

IVSTINIANI Imp. ex filio nepos, Cōstantinopoli natus, vt filius in regia habitus, & ab Imp. coronatus; dexter, magnanimus, pius in Iustiniani domum & familiam; & liberalis ab initio principatus suasu coniugis, sed postea auaritia notatus: fidei Christianæ contemptor, Pelagianus factus. fœdus Persicum dissoluit, illisque bellum indixit. irruentibus Persis magna clade illata, tantam incidit in tristitiam, vt ratione amissa, amens fieret, & tertiodecimo Imperij anno, pedum dolore moreretur, superstite vxore Sophia, & declarato Imperatore Tiberio.

Orbis 4538. V. C. 1328. I. C. 576. aut præcedentib.

*Aur.* D. N. IVSTINVS P. P. AVG.
VICTORIA AVGGG. N. CONOB. *Figura insidens subsellio, dextra hastam, sinistra globum cum cruce.*

## TIBERIVS CONSTANTINVS,

IN Thracia natus, à Iustino in Imperium ascitus, quod eo viuo suscepit: vir iustus, sapiens, strenuus, liberalis & Reip. vtilis, Iustini & Narsetis thesauros reperit, cōtra Persas victor euasit: captiuos Constantinopolim adductos. vestitos remisit in patriam. cum Longobardis pacem fecit. post multa grauia bella in morbum incidens, Mauritium generum adoptauit, eique Imperium tradidit; æquitatem & iustitiam commendans; postea decessit, anno Imperij 7.

Orbis 4544. V. C. 1334. I. C. 582.

*Aur.* D. N. CONSTANTINVS P. P. AVG.
VICTORIA AVGV. B.
CONOB.
S.

# FL. TIBERIVS MAVRITIVS,

E Cappadocia oriundus, Romæ natus, Tiberij gener, cui in Imperio ſucceſſit, & Auguſtus factus eſt. Perſas per legatos fudit: Scythas Mœſia repulit, & Longobardos; Hunnos cum duce Chagano, auſpiciis filij Theodoſij & Germani ſoceri, Pannoniis eiecit. Multis victoriis illuſtris, propter imme̅ſam auaritiam facta conſpiratione à militibus, & Foca cum tota ſua proſapia, vxore, & liberis, Chalcedone interemptus, cùm imperaſſet annos 20. vixiſſet 63. Vir vtilis Reip. niſi auaritia labefactaſſet ſe & totam domum. In eius conſpectu interempta vxore & liberis exclamauit, Iuſtus es, Domine, & recta iudicia tua. Prodigiorum oſtenta admiranda quæ præceſſerunt interitum Mauritij, vide apud Nicephorum lib. 18. cap. 36.

Orbis 4553. V. C. 1343. I. C. 591.

*Aur.* D. N. ΜΑΥΡΙΤΙЬ P' P. AVG.

VICTORIA AVGG. B. CONOB. *Victoria alata, dextra pedum epiſcopale, ſiniſtra globum cum cruce. talis eſt meus aureus.*

Æ. D. N. MAVRICI CN. P. AVG. A N N O M X U

D. N. MAVRICIЬ P. P. AVG. A N N O K † A

†
*Eadem inſcriptio* ✳ I ✳
CON.

MAVRICIVS TIBERI P. P. AVG.

A C
N M III.
N
O KYZ

*Anno Chriſti 602. 8. Cal. Decemb. occiſus.*

# FL. FOCAS,

PRÆFECTVS Scythiæ per Mauritij cædem à ſcelerato exercitu Imp. electus, & Auguſtus appellatus. Getes cum eo pacem ſanxere: auariſſimus & ipſe, chariſſimos habens eos qui inexplebili rapacitate populos vexabant; cetera ſocors & ignauus, frequentibus adulteriis infamis. Perſæ omnia vaſtarūt, multæque prouinciæ à Romanis defecerunt. conſpiratione in eum facta, à coniuratoribus captus, manibus pedibuſque truncatis, & genitalibus ob inſignem eius libidinem & capite amputatis, interficitur, omnibus fratribus & neceſſariis vnà ſublatis. Sic dignum perfidia ſua in Mauritium exitum habuit, cùm imperaſſet annis octo.

Orbis 4564. V. C. 1354. I. C. 602.

*Arg.* D. N. FOCAS PERP. AVG.

VICTORIA AVG. *Victoria alata, dextra baculum episcopalem, sinistra globum.*

CONOB. *Victoria alata, dextra baculum cum cruce, sinistra pomum cum cruce.*

*Aur.* VICTORIA AVGV. CONOB. *Victoria stans, dextra labarum, vt videtur, sinistra victoriolam alatam.*

*Aur.* *Alius eadem inscript. dextra scipionem, sinistra globum.*

*Aur.* VICTORIA AVGVSTORVM CONOB. *Figura globum cum cruce tenens.*

*Æ.* D. N. FOCA PERP. AVG.

*

XX. *In medio nummo.*

CONA.

*Anno Christi 610. VI. Cal. Aprilis occisus.*

## FL. HERACLIVS,

HERACLII patricij & prætoris Africæ F. post interfectum Focam Imp. fit à militibus. Persæ sub eo Africam inuadunt & sibi subiiciunt. Ingentibus igitur copiis in Cosroën ductis qui 90000. Christianorum interfecerat, eo profligato, victis eius ducibus, Persidéque in vltionem ferro & flamma vastata, crucem Domini recepit. Cum Siroe Cosroës filio â quo fuit interfectus pater, pacem firmauit. In senectute deditus fuit aruspiciis, & dæmonum præstigiis, & hęresi monothelitarum, cui incestum adiunxit fratris sui filia ducta in vxorem; ob id nouo mortis genere occubuit, testium folliculo sursum vulso, cum priapismo seu virili membro semper tento, adeò vt quoties meieret, nisi obiecta tabula id prohiberet, vultum lotio spargeret. alij hydrope obiisse tradunt anno Imperij 31. Zonaras lib. 3. Paulus Diaconus lib. 18. Sub eo ortus est Mahomed anno Christi 630.

Orbis 4572. V. C. 1362. I. C. 610.

*Aur.* DDNN. HERACLIVS ET HERACLIVS P. P. AVG.

VICTORIA AVGGG. H. CONOB.

*Obijt Byzantij anno Christi 640.*



INDEX

Dia-

Iuppiter

Veneri

## TYPI QVORVNDAM DEORVM ET DEARVM.

# SERIES IMPP. QVI IN HOC

## LIBELLO CONTINENTVR.



Alle-

F I N I S.

## ERRATA.

PAG. 22. IMP. T. VISP. *lege* VESP. Pag. 33. Tr. p. IIII. Imp. III. *lege* VIII. Pag. 34. Capur Libertatis *lege* Capur Feroniæ deæ. 37. IMP. III. *lege* XII. *aut* XIII. 42. V. C. 755. *lege* 754. 47. PLATOLIN. *lege* PLATORIN. 72. V. C. 796. I. C. 43. *lege* 44. *& seq.* 45. 75 BACIA. *lege* BACIA. 64. *ita lege,* *τοῦτο ἰδ' ἕκαστος οἰκιστὴς ἔξεται ξένων.* 91. Et faciem duram, *lege* durum. *Ibid.* I. C. 69. *lege* 70. 99. suffultus, *lege* suffulta. 122. PLEIBI, *lege* PLEBI. 126. typhum, *lege* typham. 139. militis, *lege* milites. 164. *κοινὸν. lege κοινωνία.* 198. I. C. 179. *lege* 178. *& in sequentibus* 179. & 180. V. C. 932. 246. in Augustus, *lege* Augustas. 258. *ὕπατος τὸ β. iste nummus referatur ad annum præcedentem.* 268. Ludi sæculares, *adde* VIII.

## LIBELLVS AD LECTOREM.

*Cetera qui coëmis tot paßim scripta libellis,*
*Non grande est pretium, me quoque lector eme.*
*Aspicies nummos veterum monumēta virorum,*
*Nec mora portanti, nec graue pondus ero.*

## SVMMA PRIVILEGII.

REGIO *priuilegio cautum est, ne quis hunc librum cui titulus est,* Impp. Romanorum numismata à Pompeio Magno ad Heraclium, *citra Christophori Plantini voluntatem, à die cuiusque nouæ editionis absolutæ intra decennium imprimat, aut alibi impressum importet, venalémue habeat. Qui secùs faxit, confiscationis librorum, & quinquaginta florenorum pœna, fisco regio exsoluenda, multabitur: vt latiùs in regio diplomate expressum est, Dato Bruxellis* XXIII. *Augusti,* M. D. LXXVIII.

*Signat.*

Iac. Blyleuen.

ANTVERPIAE EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS PLANTINVS ARCHITYPOGRAPHVS REGIVS, ANNO M. D. LXXIX.



